HERCVLANENSIVM

VOLVMINVM

QUAE SVPERSVNT

TOMVS III.



NEAPOLI MDCCCXXVII.

EX REGIA TYPOGRAPHIA.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL

FRANCISCO I. BORBONIO

PIO FELICI AUGUSTO

UTRIUSQUE SICILIAE REGI.

Clementissime Domine

Quatuor, et triginta ipsi sunt anni, ex quo Regalis Academia Herculanensis a Magno Carolo Avo Tuo gloriosissimo instituta, et ab immortalis memoriae Patre Ferdinando I. semper Augusto anno D. 1788 in pristinum decorem restituta primum Herculanensium superstitum voluminum, cui titulus de Musica, *a me pro viribus*

supplemento, interpretatione, et iusto commentario instructum numini, maiestatique eius dedicavit. Id autem opus desideratissimum non modo benigne admodum adcepit Rex omnium clementissimus, sed et totam Herculanensium Papyrorum provinciam sic mihi demandatam voluit, ut non modo evolvendis, describendis, et aere incidendis in Officina, sed etiam interpretandis, inlustrandisque intenderem, ut ne quid in publicum ex Regali typographia, nisi a me excussum, probatumque proferretur. Ego vero hanc spartam, qua par erat sedulitate, adornare non destiti; sed grave Episcopatus onus, nec non aliae atque aliae subinde curae, atque munera, quibus Ipse munificentissimus Dominus me honestatum voluit; tum etiam sequentium annorum, quam commemorare piget, acerbitas, in causa fuere, cur praeter Dissertationem Isagogicam ad Herculanensium voluminum explanationem *editam an. 1797, vix duo ex Epicuri libris frustula, et latini carminis fragmenta inter armorum strepitus prodierint anno 1809.*

Illuxit vero tandem annus faustissimus 1815, cum ex Siculis oris reducem Tuum non modo, sed communem Patrem amantissimum Neapolis amplexa est. Tunc enim vero erecti universorum animi, et ad recolenda studia, bonasque artes quisque alacriter redivit, instituta praesertim a providentissimo Patre Regali Borbonica Societate, quae non modo Herculanensem Archaeologicam, sed et alteram Scientiarum, et tertiam Bonarum Artium Academiam complecteretur, cuius me perpetuum Praesidem renunciavit: tunc fervere opus coepit, et intermissae Herculanensium voluminum inlustrationi data est potissimum opera, inter plures socios interpretes distributa.

Horum autem primi fuere Franciscus Iavaronius, et Aloysius Caterinus, quorum alter interpretandum, inlustrandumque a me adcepit Philodemi librum, qui fert titulum: De vitiis et virtutibus oppositis, et de rerum subiectis et obiectis; *alter vero alium eiusdem philosophi librum, qui absolute inscribitur:* De vitiis; *sunt enim diversorum operum partes. Et quidem ipsi pro sua solertia, ac doctrina sic operi incubuerunt, ut usque ab anno 1820 Iavaronii inlustratio, secundis meis curis absoluta in Regali Typographia fuerit impressa; sed ibidem huc usque delituit expectans, donec alterius libri a Caterino item inlustrati commentarius, a me pro imposito mihi munere expolitus, iustum implere posset volumen. Sed publicae calamitates, quas*

memorare mens refugit, eo ipso anno exortae, nec non novae curae ab eodem indulgentissimo Principe mihi demandatae me adeo distinuerunt, ut ultimam operi manum usque adhuc imponere, et ipsum in publicam lucem emittere nequiverim.

Forte tamen fortuna factum est, ut huius voluminis editio tamdiu retardata ipsis laetissimis diebus adpareat, quibus Augusta Coniux Tua Maria Elisabeth *Regina nostra amabilissima novo pulcherrimi Principis* Francisci de Paula *incremento tum Regalem Familiam, tum universum regnum beavit, ut Herculanensis Academia suae in tantum Regem, Paternarum virtutum ex asse heredem, devotionis documentum tam fausto anno signatum possit praebere.*

Quapropter Te, Rex *clementissime, atque indulgentissime, obsecro, atque obtestor, ut tertium hoc Papyrorum Herculanensium volumen, quod veluti munusculum puerulo Principi Herculanensis Academia per me offert, ac dicat, benigne adcipias, atque eius opellam Tua semper gratia foveas; sunt enim sub praelis alia eiusdem generis opera ab aliis sociis exacta, quae propediem in Tuum venient conspectum.*

Te interea D. O. M. cum Augusta electissima Coniuge, et Regali Familia sospitet, et subditorum felicitati diutissime servet.

Datum ex Regio Musaeo Borbonico XIV Kal. Septembres anno CIƆIƆCCCXXVII.

Devotissimus Numini Maiestatique Tuae
Carolus Maria Rosinius
R. Societatis Borbonicae Praeses Perpetuus.

PRAEFATIO.

I. Praecipuam Philosophiae partem apud antiquos ethicen fuisse, nemo est, qui ignoret: ab ea autem diligentissime pertractanda nec Epicurum, nec eius sectatores abhorruisse, testes habemus non modo Laërtium in *Vitis philosophorum lib. X*, et quotquot eius moralium praeceptorum meminerunt, sed locupletissimum hodie Philodemum nostrum, cuius, quae invenimus opera, in moralibus plerumque argumentis versantur: sed illa potissimum, quibus est titulus vel περι κακιων, *signatum littera* I, vel περι κακιων, και των αντικειμενων αρετων, και των, εν οἱς εισι, και περι ἁ, quomodo inscribuntur duo volumina signata, alterum littera Δ, alterum littera Θ, quod in lucem nunc edimus. Unde colligere licet plura, et voluminosa fuisse eius opera Ethicen pertractantia.

II. Praeterea inter Ethices argumenta, sive potius inter morales virtutes, vel vitia, recensuisse οικονομιαν, h. e. artem bene administrandae domus, vel contra, testes adhuc habebamus prae ceteris Laërtium, et Stobaeum, qui plures memorarunt philosophos de Oeconomia pertractantes: sed Philodemus hodie nos dubitare non sinit; qui de illa post Epicurum eius etiam discipulum Metrodorum diligentissime pertractasse narrat Col. XXVII. huius voluminis. Oeconomiam enim ab arte adquirendi distinguendam putat Philodemus cum suis, eamque idcirco inter virtutes enumerandam, ut patet ex Col. XXI. v. 44 et seq. Et recte quidem. Facultas enim bene regendi domum eadem est, ac bene ducendi vitam imperturbatam et tranquillam, quo totam philosophiam spectare aiebat Epicurus. Quare nil mirum esse debet, si in hoc libro, *qui est de Vitiis, et Virtutibus oppositis, et de eorum subiectis, et obiectis*, de Oeconomia ex professo tractet, et in sequentibus eamdem materiem se tractaturum spondeat.

III. Ex his autem veterum philosophorum de Oeconomia tractatibus vix duo ad nos usque pervenerunt, alter nempe Xenophontis in libro, cui titulus: Απομνημονευματων πεμπτος, ητοι Οικονομικος λογος, *Rerum memorabilium quintus, vel sermo de Administratione domestica*: alter vero sub Aristotelis nomine, των Οικονομικων Α, *Oeconomicorum primus*. Atqui hos ipsos libros forte fortuna Philodemum ad trutinam revocantem deprehendimus: quod magno sane nobis fuit subsidio ad eius sententias tuto adsequendas. Sed id, in quo maxinas Philodemo habeamus gratias oportet, illud est, quod primus nos docuit perperam Aristotelis nomine inscriptum fuisse librum των Οικονομικων, cum ille fuerit merum Theophrasti opus, quod Criticis usque modo nunquam suboluit. Id autem citra dubitationis aleam a Nostro eruimus. Theophrasti enim nomen nitidissime expressum est in αυτογραφῳ, semel scilicet atque iterum Col. VII v. 38, et 47, ubi eius sententias suis ipsius verbis recitare incipit; et rursus Col. XXVII v. 15, ubi se non omnia Xenophontis, et Theophrasti, quos superius sugillaverat, respuere profitetur.

IV. Praeterea id etiam Philodemo debemus, quod uno, atque altero loco genuinam eorum scriptorum lectionem nobis patefecerit, ut infra observabimus.

V. Magnum quoque haec papyrus pretium habet, quia, etsi trunco sit capite, vix tamen sex primas σελιδας vel decurtatas, vel ita discerptas habet, ut, quod ad bonam partem, desperatae sint lectionis: reliquae vero numero viginti duo vel integrae sint, vel suppleri facili negotio possint ita, ut integer textus decurrat usque ad vigesimam octavam.

VI. Iam vero nobis, ut ardenti litteratorum desiderio nostra haec κειμηλια quantocius cognoscendi fieret satis, propositum erat tum scholiis, tum commentariis in

posterum abstinere, et nudam textus lectionem cum supplementis sponte fluentibus, et litterali versione publici iuris facere: si qua vero notatu digna forent, praefatione aliqua lectores monere. In hoc tamen edendo volumine nobis imperare non quivimus, ut ne aliquas adnotatiunculas singulis fere columnis adscriberemus; gratissimum fore lectoribus censentes, si qua loca sive Xenophontis, sive Theophrasti Philodemus vel recitat, vel respicit, e regione habeant, et aliqua notatu digna ibidem inveniant.

VII. Habes igitur, erudite Lector, institutum nostrum: adcipe nunc, si lubet, in antecessum, quaenam sit Philodemi mens in tota hac disputatione. De Oeconomia igitur tractaturus Noster eo intuitu, qui philosophum moralia tractantem deceret, docendo scilicet, quo pacto domus, et familia regi, et administrari debeat a viro sapiente, h. e. ab eo, qui vitia fugere, et opposita virtutes sectari velit, et vitam tranquillam, et quam minime incommodam (qui est ultimus epicureae doctrinae scopus); principio magni nominis philosophos reprehendit, quod in huiusmodi disputatione a scopo aberrantes, vel dissona, vel aliena, vel inutilia, vel superflua multa scripserint. Hac mente prius in Xenophontem, et ab eo inductum Socratem, mox vero in Theophrastum animadvertit. Num alios quoque philosophos in antecessum carpserit, ignoramus; quantum enim a libri initio distet columna, quae nobis est prima, quis novit? Sed fortasse contentus fuit hos solum magni nominis viros in medium proferre; alios enim, praecipue Sophistas, suppresso nomine passim exagitat.

Col. I. VIII. Principio autem ea Xenophontis verba respicit, ubi Critobulus boni Oeconomi munus ita definit: *Οικονομου αγαθου ειναι ευοικειν τον ἑαυτου οικον*: *boni Oeconomi opus esse propriam domum bene administrare*: cui reponit Socrates: *η και τον αλλου δε οικον ει επιτρεπει τις αυτω, ουκ αν δυναιτο, ει βουλοιτο, ευοικειν, ὡσπερ και τον ἑαυτου*; *an non etiam alterius domum, si quis hanc ei committat, nonne posset, si vellet, bene etiam administrare, ut suam?* Quod utique Critobulus concedit. Noster vero opponit id inutile dictu esse; ideoque nec solitum proponi in eiusmodi tractatibus, nec novum esse; quare sive concedatur, sive negetur, tantumdem fore; quippe Oeconomus sensu suo non alius dici debet, nisi qui propriam domum regere noverit, ita, ut beate vivat; non qui artem novit accumulandi, et custodiendi divitias sive sibi, sive aliis; id enim *αδιαφορον* est. Tota autem haec sententia, quippe lacuna intercepta, tum indicio reliquae vocis *αδιαφορον*, tum ab Epicuri doctrina, quam infra luculentissime exponit, erui facile potest.

Col. II. IX. In Columna vero secunda, et tertia deridet, ut inutile, id, quod Xenophon a Socrate dictum narrat de uxore. Critobulus enim, ait Noster, non ignorabat, quod omnes norunt, uxorem nempe aliquibus adiumento esse ad comparandas opes, aliis omnino damnosam. Tum addit male a Xenophonte induci Critobulum a Socrate sciscitantem, num necessaria, vel utilis sit uxor illi, qui philosophiam sectari cupiat; et an omnis uxor a marito belle edoceri queat de suis officiis; et an culpa in virum reiicienda sit, si illa peccet: atque id a Socrate, qui tam indocilem nactus fuerat uxorem Xanthippen; quare hic ad Aspasiam Critobulum discipulum remittat. Heic autem animadvertere iuverit Philodemum aperte scripsisse: *ὁ δε Ασπασιαν αυτῳ συνισταναι εφη*. Vera igitur huius loci lectio apud Xenophontem vulgata est, quae habet: *συστησω δε σοι εγω και Ασπασιαν*, non vero, quam alii codices praeferunt: *συστησω δε σε εγω και Ασπασιᾳ*. (1).

(1) Vide edit. Francofurti pag. 827.

X. Non novum porro docet Noster esse id, quod ipsemet Socrates Xenophonte narrante tradit, nempe, γυναικα κοινωνον, αγαθην ουσαν, οικου πανυ αντιῤῥοπον επι το αγαθον ειναι τῳ ανδρι κ. τ. λ. *mulierem commune, si bona sit, domus libramentum fore, ut bene sit viro* etc. Sic enim videtur scripsisse Philodemus, etsi eo in loco discerpta sit papyrus; non quidem, ut habet vulgata male transpositis verbis: νομιζω δε γυναικα κοινωνον αγαθην οικου ουσαν, πανυ αντιῤῥοπον ειναι· vocem enim οικου de suo loco motam esse patet. Quod autem ibi subdit, lacuna quidem nobis invidit; sed ea videtur esse sententia: *Etsi verum sit ita plerumque adcidere, in hac tamen tractatione id minime interest; investigandum enim est quid quisque per se facere debeat, ut bonus Oeconomus adpelletur.* Non diffitetur enim, ut habes in Col. III. *multum utiles fore conversationes peritae uxoris, et praecipue eius labores ad domum aedificandam: ita ut, licet proprie vir sit Oeconomus, possit aliquo pacto etiam uxor talis dici; quia adiumento ei esse potest, ut feliciter illius labor domum aedificet, et doceat opera iucundiora.* Col. III.

XI. Post haec αυτογραφον discerptum iterum silet; sed fortasse hanc sententiam continet: *uxorem necessariam non esse*, ut infra apertissime scribit; itaque ad efformandum bonum Oeconomum id non pertinere adsumit.

XII. Mox evidentissime pertransit ad examinanda, quae Xenophon ex ore Socratis disputat de animi vitiis (1), quae in causa sunt, cur homo rectae Oeconomiae vacare nequeat, ut ex sequenti Columna patet. Ibi enim ipsum reprehendit, quod praeter morem δουλους absolute adpellet eos, qui vitiis laborant. Et quidem sic l. c. incipit Socrates: περι δουλων μοι επιχειρεις, ω Κριτοβουλε, διαλεγεσθαι· adeo ut Critobulus nesciens, de quibus loquatur, respondeat: ου μα δια, ουκ εγωγε. Deinde per compendium refert, quo ille argumento probet servos dicendos esse, qui voluptatibus serviant, *dominis malis, et improbissimis, ignaviae, incuriae, aleis, perversis familiaritatibus etc. quibuscum pugnandum sit magis, quam cum hostibus.* Atque heic rursus αυτογραφον detritum silet. Divinando tamen arguimus, quid reposuerit Philodemus. Fortasse illum reprehendit, quod in definitione της ἡδονης peccarit, quasi voluptas per se vitanda res sit; quapropter ea vitia adpellaverit λυπας ἡδοναις περιπεπλεγμενας, *dolores voluptatibus circum implicatas.* Scitum est enim ex Epicuri doctrina ultimum hominis finem, adeoque summum bonum voluptatem esse. Cum autem την ἡδονην Epicurus τελος dicebat, non quidem intelligebat luxuriosorum hominum libidines, sed tantum non dolere corpore, et animo simul tranquillum esse; ut ipsemet in Epist. ad Moeneceum scribebat apud Laërtium *lib. X. segm. 130*: ὁταν λεγωμεν ἡδονην τελος ὑπαρχειν, ου τας των ασωτων ἡδονας. . . . αλλα μητε αλγειν κατα σωμα, μητε ταραττεσθαι κατα ψυχην συνειροντες. Iure igitur sensu suo querebatur Philodemus voluptatis nomen tributum esse ignaviae, incuriae, aleae cet. Col. IV.

XIII. Mox vero, ut nodum, quod aiunt, in scirpo quaerat, eumdem quoque castigat, quod πτωχον, *pauperem* vocaverit ex mente Socratis Critobulum, et quidem stricto sensu, non per προληψιν, eo quod tantum illi opum non suppeteret, quantum suae eximiae conditioni, et necessitatibus responderet (2); propterea quod Socrates, ut ipse ait, *non reale semper id reputaverit.* Tum vero illum insimulat, quod falsam opinionem Socrati adscriberet, cum dicit, satis illi fuisse quinque minas ad naturales indigentias, adeoque inanem reputasse opum adfluentiam. Re tamen vera id Xenophon non scripsit, ait enim: εγω μεν οιμαι, εφη ὁ Σωκρατης, ει αγαθου ωνητου επιτυχοιμι, εὑρειν αν μοι συν τῃ οικιᾳ τα οντα παντα πανυ ῥᾳδιως πεν- Col. V.

(1) Vid. l. c. pag. 821.
(2) Ibidem pag. 822.

τε μνας· *arbitror ego, ait Socrates, si emtor mihi bonus contingat, facile me de cunctis meis facultatibus simul cum domo quinque minas coacturum.* Sed haec verba interpretatur Noster, quasi dixerit, quinque minis Socratem contentum fuisse ad paranda omnia, queis opus haberet: propterea inquit id falsum esse, et illius moribus repugnans. Testem idcirco adpellat Ischomachum, et alios scriptores, qui loquentem Socratem induxerunt.

XIV. Post haec alia ingens lacuna interiacet; sed non admodum difficile est divinare, quid in eius fundo delitescat. Adlegat procul dubio Socratis dialogum cum Ischomacho, quem ipsemet Xenophon in eodem libro recitat (1); ex quo sane palam fit Ischomachum neque pauperem, neque sordidum hominem fuisse, qui inanem reputaret bonorum adfluentiam; quandoquidem tantopere bene procurandae rei domesticae una cum uxore vacabat. Et quidem in eo dialogo pag. 849. Socrates sic loquitur: και εγω ακουσας ταυτα, μελει γαρ δη σοι, ω Ισχομαχε, όπως πλουτης, και πολλα εχων χρηματα, πολλα εχης πραγματα τουτων επιμελουμενος; πανυ γε, εφη ὁ Ισχομαχος, μελει μοι τουτων, ὧν ερωτας. *Atque ego haec audiens, tibi ne curae est, inquam, Ischomache, ut dives fias, et cum multa habeas bona, multum etiam negotii in eorum procuratione habeas? Omnino, inquit Ischomachus, ea mihi curae sunt, de quibus rogas.* Male ergo Xenophon, ait Noster, inducit
Col. VI. Socratem in diversa abeuntem a sententia hominis *valde sapientis* (verba sunt ipsius, quae habes in Col. VI.), *qualis erat Ischomachus, quem is moralia tractans, non solum, ut Oeconomicum, sed ut honestum, et probum repraesentavit; nec non ipse Socrates, veluti utriusque magistrum.*

XV. Pergit deinde Noster in Xenophontem animadvertere hisce verbis: τοις δ'επεσκεμμενοις αυθις ὁ Σωκρατης ερωτηθεις Κριτοβουλον προσεπιβαλλει διδαξαι την Οικονομικην επιστημην, ὡς μαθησεται δια μιας ακροασεως ειναι τηλικαυτην κ. τ. λ. *His autem consideratis, rursus Socrates interrogatus Critobulum docere adgreditur Oeconomicam scientiam, ut una auditione discat talem esse et cet.* Quae procul dubio illum Xenophontis locum (ibid. pag. 833.) respiciunt, ubi postquam in agriculturae laudes παρ'εργον Socrates excurrisset, Critobulus eum sic compellat: συ δε ἡμιν ενθεν λεγων περι της Οικονομιας απελιπες, πειρω τα τουτων εχομενα διεκπεραινειν· *Tu vero inde rediens, ubi de Oeconomia dicere desiisti, enitere, quae sequuntur, absolvere.* Cui Socrates responsurus, cum omnia summatim, quae dixerat, praesertim de agricultura ceteris artibus anteponenda, recollegisset; illi enarrat, quo pacto olim hominem καλον, καγαθον convenerit, Ischomachum nomine, et quae de arte domus practice administrandae ab eo didicerit. Itaque Xenophon bene longum inter Socratem, et Ischomachum habitum dialogum recitat, ut hac una auditione Critobulus edoceatur.

XVI. Sed quid potissimum in eo dialogo Noster reprehendere incipiat, ignorare nos cogit ultima ingens lacuna, quae autographum mutilavit. Procul tamen dubio multa superflua, vel prorsus inutilia esse contendit, quae tam longo sermone is sub Ischomachi persona inculcat. Praesertim vero, ni fallimur, ea praecepta deridet, quae de instituendis villicis tradit: ipsis nempe benefacere, et praemia diligentibus tribuere, ut sint erga dominum benevoli; quasi ista sint villicorum propria, et huiusmodi hominibus tantum utilia, aliis vero secus: sic enim ipse sermonem con-
Col. VII. cludit: αλλων οφελος ουκ ειναι, πεποιθεναι μωρου νομιζω· *aliis autem inutile hoc esse, stultum puto, si quis sibi persuaserit.*

XVII. Tum subdit: Ζητω δε, όντινα τα ῥηθεντα επεδευεν, ει μη τον ταυτα επεγνωκοτα; *Sed quaero, quemnam haec dicta instruebant, nisi eum, qui optime nosset?* qualis

(1) Ibid. pag. 835.

nempe erat Socrates, quicum fabulabatur Ischomachus: ideoque ut inutilia etiam traducit. Sed, sua pace dixerim, frivola admodum est haec animadversio: quippe Xenophon non Socratem re vera per Ischomachum erudiendum intendebat, sed sub eius persona, quicumque ea instructione opus haberent. Quare suspicor in mendo cubare vocem επεγνωκοτα tachygraphi vitio (quandoquidem plura tum in hoc, tum in aliis voluminibus menda, partim obelo ab ipsomet confixa, partim neglecta invenimus) et pro ea reponendum απεγνωκοτα, ut sensus sit: Quemnam haec dicta instruebant, nisi hominem, *qui ea non nosset*? Atqui nemo ignorat; idcirco prorsus inutilia. Quare subnectit eiusdem naturae esse, quae ibidem dicuntur de ratione imperandi, et educandi servos animalium exemplo; quae longa esse ait, et satis cognita ab agricolis, etsi artificiose ab eo comparata videantur, ut a philosopho dicta adpareant. Item ut inutilia pariter traducit, quae ibidem habentur de cohibendis furacibus servis, Draconis, Solonis, et Regum leges commemorando; quippe somnianti similis reputandus sit, qui villicum iustitiam edocere posse praesumat. Hac sententia in Xenophontem inquirere desinit.

XVIII. Absoluto Xenophonte adversus Theophrastum sibi disputandum esse adsumit; imo potius, ut ait, adversus illos, qui licet in Theophrasti scriptis veluti cuniculos egerunt, eius sententias carpentes, sicubi ille ab ipsis dissentiret; supervacanea tamen illos obiecisse ait, negligendo, quae animadversione digna forent. Et continuo non aliud opus investigare incipit, quam librum I. Οικονομικων, quem sub Aristotelis nomine adhuc habuimus, eiusque commata modo κατα λεξιν, modo per compendium recitat: ut dubium ultra non sit, falso a veteribus librariis fuisse Aristoteli adscriptum, quod Theophrasti purum purum opus fuit. Et quoniam is Theophrastum persequens, non ultra caput quintum eius libri progreditur, quem primum Aristotelis Οικονομικων inscribunt; manifestius eruimus Aretini spurium foetum fuisse caput sextum, quod is ex pleniore απογραφῳ in latinum vertisse fabulatus est, et quod Tussanus bona fide in Graecum transtulit, et exinde rursum Camerarius Latina versione donavit. Gerrae germanae: siquidem satis nunc idoneo teste exploratum habemus, Theophrasti opus esse tantum quinque illa primi Οικονομικων capita, nec ultra eum librum procedere. Neque id mirum videri debet, quod tantulum libellum de Oeconomia Theophrastus scripserit. Non enim integrum των Οικονομικων librum illum esse reputamus, sed particulam aliquam, sive capitulum plenioris ethici tractatus, fortasse των πολιτικων, in quo et de Oeconomia a Politica discernenda disseruit. Etenim sic exorditur: Οικονομικη, και πολιτικη διαφερει. Num vero alter Οικονομικων liber Aristotelis foetus genuinus sit, in medio relinquimus: certe a primo longe diversus est tum materie, tum stylo: quod Graeci sermonis periti facile animadvertent. Sed qui plura de hoc argumento quaerit, adeat meritissimi nostri socii Angeli Antonii Scotti diatriben in primo actorum volumine impressam.

XIX. Hisce praelibatis sequamur nunc Philodemum Theophrasti libellum ad trutinam revocantem. Et quidem, a primis usque verbis castigationem orditur, cum dicit, fru- Col. VIII.
stra eum adlaborasse, ut Oeconomiam a Politica distingueret; quippe id nihil ad rem facit: falsum praeterea Πολιτικην nullo pacto esse Monarchiam, Oeconomiam vero semper esse Monarchiam; ut propterea nulla sit inter eas αναλογια. Et re quidem vera quis neget Politicen incipere posse ab uno, sicut Oeconomicen a patrefamilias? Porro ut inutile etiam reiicit, quod Theophrastus scribit, nempe quasdam artes per semet facere suipsius instrumenta, quaedam vero minus; cum omnibus perspectum sit proprium huiusmodi artium esse leges statuere, et in usu ponere, et docere, quid sit civitas, et quare domus ante civitatem exsistere debeat; et propterea Oeconomiam priorem esse Politica. Protritum etiam dicit esse apud Scriptores, domus partes esse hominem, et rem; atque rerum omnium naturam in minimis partibus speculandam esse.

XX. Hisce autem, ut inutilibus, reiectis ad arguendos eius παραλογισμους pertransit. Et

quoniam Theophrastus scripserat: μερη οικιας ανθρωπος τε, και κτησις εστιν· επει δε πρωτον εν τοις ελαχιστοις ἡ φυσις θεωρειται, και περι οικιας αν ὁμοιως· *partes domus sunt homo, et possessio: et quoniam primum in minimis partibus rerum natura cognoscitur, ita et de domo dicendum*; quaerit Noster, quem nexum habeant ista cum sequentibus, quae ad verbum recitat: ὡστε κατα Ἡσιοδον δεοι αν ὑπαρχειν οικον μεν πρωτιστα, γυναικα τε· το μεν γαρ της τροφης πρωτον, το δε των ελευθερων· *ita ut secundum Hesiodum exstare oporteat principio domum, et mulierem: horum enim primum ad nutrimentum adtinet, alterum ad homines liberos.* Tria autem ipse observat: I. Si per Hesiodum sub nomine οικου venit το της τροφης πρωτον, ipse autem superius dixit primum esse ανθρωπον· deinde κτησιν· quomodo hoc testimonio abutitur, ut probet primam de uxore curam esse habendam? nisi velit sub τροφης nomine venire uxorem, quae domum item administrat. II. Cur γυναικα interpretatur de homine libero, quasi uxor ad homines tantum liberos pertineat? III Cur ipse γυναικα sumat pro *uxore*, cum multi dicant Hesiodum diserte scripsisse κτητην, ου γαμετην. Quae tertia Philodemi animadversio adeo sponte fluit, ut iam pridem occurrerit τῳ κριτικωτατῳ Scaligero, qui in citatum Hesiodi versum (*Oper. et Dier.* 405 *edit. Amstelod. cum notis Varior.*) verbum γυναικα sic commentatur: *Non intelligit uxorem, sed ancillam. Aristoteles in Oeconomicis falsus est memoria, cum hoc versu absolutam sententiam contineri, et* γυναικα *putat esse* γαμετην. Sed hic locus maiorem a nobis ακριβειαν desiderat.

XXI. Animadversione enim dignum est, eumdem Hesiodi στιχον ab ipsomet Aristotele *Polit. lib. I. Cap.* 2. recitari; ut propterea suspicio oriri queat, re ipsa utrumque librum ad unum eumdemque Auctorem pertinere, contra quam insinuat Philodemus: et quod maius est, utrobique γυναικα pro uxore sumi, nulla habita ratione ad sequentem versum, ubi habetur diserte: κτητην, ου γαμετην. Inverosimile sane videtur, non unum Theophrastum, sed etiam Aristotelem in uno eodemque loco aeque hallucinatum, vel falsum memoria fuisse, ut ait Scaliger. Verum si adtentius rem consideres, et utrumque scriptorem conferas; ex hoc ipso, quod utrobique idem Hesiodi versus recitetur, sed diverso sensu, videbis profecto non posse ad unum eumdemque scriptorem utrumque librum pertinere.

XXII. Et quidem verus Aristoteles citato *lib. I. Politic.* demonstrare satagit, uxorem dici non posse ancillam, atque sic more suo argumentatur: *Maritus, et uxor sunt in eodem societatis gradu, et id necessitate naturae; necesse enim est coniugare illos, qui non possunt ab invicem separari generationis causa, quales sunt mas, et femina.* Αναγκη πρωτον συνδιαζεσθαι τους ανευ αλληλων μη δυναμενους ειναι, διους θηλυ, και αρρεν της γενεσεως ἑνεκεν. *Natura porro sunt etiam iuncti, qui imperat, et qui paret propter societatis conservationem; nam qui valet mente providere, imperans est, qui vero corpore hoc potest facere, natura servire debet. Natura igitur distincta sunt femina, et servus:* φυσει μεν ουν διορισατο το θηλυ, και το δουλον. *Etenim natura non facit, ut fabri aerarii, delphicum gladium, diversis usibus accommodatum ob inopiam, sed unum ad unum. Apud Barbaros quidem femina, et servus eodem gradu habentur, etenim non habent, quod natura dominari queat, sed fit eorum societas ex servo, et serva . . . . . Ex his igitur duabus societatibus domus est prima:* εκ μεν τουτων των δυων κοινωνιων οικια πρωτη. Totum hoc porro, quod dicta argumentatione conclusit, duas scilicet esse societates, alteram ex marito, et uxore, alteram ex domino, et servo, et harum primam proprie dici οικιαν, confirmare studet Hesiodi testimonio; quare subdit: ορθως Ἡσιοδος ειπε ποιησας·

Οικος μεν πρωτιστα, γυναικα τε, βουν τ' αροτηρα.

Et quidem recte cecinit Hesiodus:

Domum in primis, et mulierem, et bovem aratorem.

Bos enim, ait, *pro servo pauperibus est. Quotidiana igitur societas secundum naturam constituta domus est*: Ὁ γαρ βους αντ' οικετου τοις πενησιν εστι. Ἡ μεν ουν εις πασαν ἡμεραν συνεστηκυια κοινωνια κατα φυσιν, οικος εστιν. Per Aristotelem igitur nomine οικου Hesiodus indigitavit primam societatem naturae ex viro, et uxore, mox alteram per verba: γυναικα τε, βουν τ' αροτηρα.

XXIII. Videamus nunc, quomodo eumdem versiculum interpretetur Auctor Οικονομικων. Is primo ait: μερη της οικιας ανθρωπος τε, και κτησις εστι: *domus partes sunt homo, et possessio*: tum id poëtae auctoritate confirmat his verbis, quae Philodemus recitat: ὡστε καθ' Ἡσιοδον δεοι αν ὑπαρχειν·

Οικον μεν πρωτιστα, γυναικα τε·

ideo secundum Hesiodum oportet esse:

Principio domum, et uxorem;

το μεν γαρ της τροφης πρωτον, το δε των ελευθερων· *primum enim ad nutrimentum, alterum ad homines liberos refertur*: quod commentum scilicet deridet Philodemus, ut οικον sumat pro τροφη. Ab Aristotele igitur longe diversus abit Auctor Οικονομικων. Ad haec animadvertere etiam iuverit, apud Nostrum totam illius argumentationem κατα λεξιν recitantem non integrum Hesiodi versum, sed primum tantummodo hemistichium: οικον μεν πρωτιστα, γυναικα τε haberi; ut argumento sit reliquum βουν τ' αροτηρα de suo librarios supplevisse, Theophrastum vero reticuisse, utpote quod ad rem suam minime faceret. Magis igitur magisque patet non unum eumdemque fuisse utriusque libri scriptorem.

XXIV. Adhuc tamen non parum negotii facessit id, quod neuter horum scriptorum noverit ab Hesiodo expresse designari γυναικα κτητην, ου γαμετην, nempe *mulierem famulam, non uxorem, quae boves sequeretur*: quod certe utriusque interpretationem, et commentum excludit. Mirum sane tantos Philosophos vel hallucinatos in tam obvia interpretatione, vel memoria falsos fuisse. Id utique nunquam persuadear. Itaque Philodemi verba adtentius considerans, mihi videor huiusce nodi non improbabilem solutionem invenisse. Noster enim non opponit Theophrasto Hesiodum scripsisse κτητην, ου γαμετην, sed *plures etiam* esse, qui dicerent ita scripsisse: πολλων και φασκοντων αυτον γεγραφεναι κτητην, ου γαμετην. Id autem satis, ni fallor, aperte indicat variam fuisse tunc temporis lectionem, etsi multi eam praetulerint, quae minime Theophrasto faveret. At quaenam esse potuit alia lectio; quandoquidem omnes hodierni codices, quod sciamus, cum vulgata conveniunt? Equidem si nobis coniicere licet, una litterula immutata, optimam habebis, quae ab ignorantiae, vel oblivionis nota tanti nominis viros eximet. Si enim legas: κτητην, η γαμετην, belle illos purgabis, carminis ratio aeque constabit, et sententiam fortasse magis idoneam poëtae adscribes. Qua enim de causa necesse arbitraretur Hesiodus opus esse, ut mulier, quae boves sectaretur, *emta ancilla* foret, non uxor? Quasi agricolis, qui ancillam non haberent, uxoribus uti ad boves sectandos, et alia domestica negotia procuranda non expediret.

XXV. Inter alia porro, quae in Theophrastum notare pergit Noster Gadarensis, illud etiam est: cur ex dictis inferat, primam de uxore curam habendam esse, cum possit beata vita duci etiam sine uxore. Exinde autem colligimus, quae vera fuerit Epicureorum de uxore sententia. Multi enim Epicurum adcusarunt, quod a Sapiente uxorem prohibuisset. Et quidem Epictetus apud Arrianum lib. I. cap. 7. sic fatur: Col. IX. Επινοεις Επικουρειαν πολιν· εγω ου γαμω, ουδ' εγω· ου γαρ γαμητεον· αλλ' ουδε παιδοποιητεον· αλλ' ουδε πολιτευτεον. Τι ουν γενηται; ποθεν οἱ πολιται; τις αυτους παιδευσει; τις εφηβαρχος; τις γυμνασιαρχος; *Epicuream civitatem cogitas*: *ego uxorem non duco*; *nec ego*: *neque enim uxor ducenda est, neque liberi procreandi*: *ac ne Respublica quidem capessenda. Quid autem sequetur? Unde erunt cives? Quis eos instituet? Quis erit adolescentum praefectus? Quis Gymnasiarcha?* Et lib. I. cap. 23 sic Epicurum adfatur: δια τι αποσυμβουλευεις τῳ σοφῳ τεκνοτροφειν; τι φοβη; μη δια ταυτα εις λυπας εμπεσῃ; . . . Αλλ' ὁ μη ειδως ταυτα, τολμᾳ λεγειν, ὁτι μη αναιρωμεθα τεκνα.

Cur dissuades sapienti, ne alat liberos? Quid metuis? ne propter eos incidat in molestias? . . . . Sed qui haec ignorat, dicere audet, non suscipiendos esse liberos. Quare Clemens Alexandrinus hanc doctrinam a Democrito Epicurum hausisse opinatur. Sed immerito ex hoc capite Ille vapulat; siquidem Philodemus, fidissimus eius interpres, satis heic ostendit ipsius de nuptiis opinionem non longe a Stoicis abesse, qui, ut habet idem Alexandrinus, *indifferens quid putabant matrimonium, et liberorum procreationem*· κατα μεν τους απο της Στοας αδιαφορον ὁ τε γαμος, ἡ τε παιδοτροφια. Et quidem Laërtius *lib. X. seg.* 115. aperte testatur Epicurum tum nubere, tum filios procreare sapienti permisisse, licet aliquando quaedam sint vitae περιστασεις, in quibus nubere minus expediat: και μην και γαμησειν, και τεκνοποιησειν τον σοφον, ὡς Επικουρος εν ταις διαποριαις· και εν ταις περι Φυσεως, κατα περιστασιν δε ποτε βιου ου γαμησειν, και διατραπησεσθαι τινας. Quapropter frustra Casaubonus, et eum sequutus Gassendus Laërtio vim inferre ausus fuit, et quasi mendosum eius verborum textum sic refingere: και μηδε γαμησειν, μηδε τεκνοποιησιν τον σοφον . . . κατα περιστασιν δε ποτε βιου και γαμησειν, και τεκνοποιησειν τινας.

XXVI. Ulterius mox procedens Philodemus, inquirendum esse docet, cur Theophrastus dixerit: το τινα τροπον γαμετῃ δει προσφερεσθαι του περι της συνηθως νοουμενης οικονομιας λογῳ προσηκειν· quae sic latine vertimus: *certo quodam modo oportet se apud uxorem insinuare, ut illa animadvertat sermoni de Oeconomia, qualis de more reputatur:* et cur idem putaverit omnino ducendam esse virginem. Haec autem si conferas cum απογραφῳ, quem sub Aristotelis nomine habemus, nusquam ibi invenies; sed tantummodo citatum Hesiodi versum 699. *Oper. et Dier.*

Παρθενικην δε γαμειν, ἱνα ηθεα κεδνα διδαξῃς.

Quid igitur inquies? Num Philodemum somniasse dices, qui tam diligenter quaerit, quod castiget? An potius mancum, atque corruptum esse, quem prae manibus habemus Theophrasti librum? Hoc potius nostra sententia.

XXVII. Et quidem, si huiusce loci contextum inspicias, haud utique nexum tanto philosopho dignum invenies. Cum enim is dixisset, uxorem a viro minime adficiendam esse iniuria per consuetudinem cum extraneis, haec verba subnectit: περι δε ὁμιλιας, μηθ' ὡστε δεισθαι, μητ' ὡς απον των αδυνατειν ησυχαζειν· αλλ' ουτως εθιζειν, ὡστε ἱκανως εχειν παροντος, και μη παροντος· quae verba per Camerarium, si Diis placet, sic latine sonant: *ad usum vero, congressumque quod adtinet, ne ille desideretur, praestandum est, neu propter absentiam quieti locus non sit: sed adsuescendo conciliabitur, quod satis sit praesentibus, et absentibus.* Quae quidem Oedipo indigent. Melius fortasse, si pro απον των legas απουτος, atque sic reddas: *quod ad conversationem adtinet, curandum, ut neque illo indigeat uxor, neque ut, absente marito, nequeat quiescere, sed sic eam adsuefacere, ut contenta sit, sive adsit vir, sive non adsit.* Haec quidem verba sententiam fortasse meliorem continent, quam Camerarius adstruxit: vel sic tamen nexum minime idoneum habent cum iis, quae sequuntur: εν δ' εχει και το του Ἡσιοδου·

Παρθενικην δε γαμειν, ἱνα ηθεα κεδνα διδαξῃς·

Et bene habet etiam Hesiodi carmen:

Virginem vero ducas, ut probos mores edoceas.

Quis non videt male haec cum praecedentibus fuisse consuta? Oportuerat saltem praemittere ad rectam uxoris institutionem, utile adprime fore iuvenculam virginem ducere; tum vero id Poëtae auctoritate confirmare. Sed quoniam de Oeconomia sermo est, rectius certe oratio procederet, si, ut innuit Philodemus, praeciperet Theophrastus, ut maritus, nulla uxorem iniuria adficiens, in eius animum se belle insinuaret, tum vero sermonem de domestica administratione institueret; atque hinc adstrueret necessitatem ducendi virginem; idque Hesiodi carmine firmaret. Exemplum huiusmodi sermonis, quod fortasse prae oculis habuit Theophrastus, ha-

betur apud Xenophontem, nempe Ischomachi ad suam uxorem, quam virginem duxisse narrabat (*a*). Hoc sane pacto sermonem processisse indicat Philodemus: etsi necessitatem ducendi Virginem non agnoscat. Procul dubio igitur hoc etiam in loco corruptum Theophrasti contextum, et ex Philodemo restituendum fateberis.

XXVIII. Aliqua tamen non improbanda esse edicit, quae scilicet ille scribit de servorum punitione; his tamen locum ibidem non esse opponit. Mox vero magis probanda ait, quae his subnectit; et quae ipse sic summatim exponit hoc ordine: *γενη δει προς τα εργα μητ' αγαν δειλα, μητε θυμικα, και των πονων αθλον προκεισθαι· (ει και το πασιν και τον χρονον ορίζειν παντως ουκ αναγκαιον)· genera (servorum) ad opera facienda oportet nec nimis ignava, nec admodum animosa sint, et ut laborum praemium sit illis propositum; etsi laborandi etiam tempus omnibus praefinire non sit omnino necessarium.* Quibus sane verbis satis superque indicat se intellexisse Theophrastum loquutum de praemio illis servis tribuendo, qui rite diurnum pensum statuto tempore absolverent; etsi ipse tempus praefinire necesse minime duceret. Et quidem si Οικονομικων librum conferas, fateberis de huiusmodi praemiis sermonem institui, non vero de summo libertatis praemio, quod intempestive subiectum eo in capite hodie legitur. Ecce tibi totum contextum: *Ὥσπερ και τοις αλλοις, όταν μη γιγνηται τοις βελτιοσι βελτιον, μηδε αθλα η αρετης και κακιας, γιγνονται χειρους, ούτω και περι οικετας. Διοπερ δει ποιεισθαι σκεψιν, και διανεμειν τε, και ανιεναι κατ' αξιαν έκαστα, και τροφην, και εσθητα, και αργιαν, και κολασεις, λογω, και εργω μιμουμενους την των ιατρων δυναμιν εν φαρμακου λογω . . . . γενη δ' αν ει προς τα εργα βελτιστα μητε δειλα, μητε ανδρεια αγαν . . . . χρη δε και τελος ορισθαι πασιν. Quemadmodum in aliis omnibus adcidit, ut, cum meliores non melius tractantur, neque virtuti, et vitio propositae sunt retributiones, homines evadant peiores; ita et in famulitio. Quapropter consideratio adhibenda est in distribuendo, et retinendo pro uniuscuiusque meritis cibum, vestem, requiem, punitiones, re et verbo imitantes medicorum facultatem in pharmaci ratione . . . . Genera autem servorum ad opera facienda sunt optima, quae nec nimis timida, nec admodum animosa sint . . . . tempus etiam laboris omnibus praefinire oportet.* Huc usque Theophrastum Philodemo consonum habes: non item, cum subdit: *δικαιον γαρ, και συμφερον την ελευθεριαν κεισθαι αθλον· iustum enim, et utile est libertatem propositam esse praemium.* Procul dubio si ita scripsisset Theophrastus, a Philodemo male vapulasset, utpote qui libertatis praemium proponendum duxerit servo, qui diurnum pensum rite absolveret. Pro certo igitur habeas verba *την ελευθεριαν* e librariorum cerebro ortum habuisse: Theophrastum vero, ut Philodemus habet, *των πονων προκεισθαι αθλον* scripsisse. Col. X.

XXIX. Reliqua, quae iure, an iniuria reprehendere pergit Epicureus Noster Col. X. et XI. plana admodum sunt, et adamussim respondent tum verbis, tum sententiis, quae ex libro Οικονομικων in nostris animadversionibus adscripsimus. Notandum tantummodo, est quod legitur in fine Col. XI. v. 44, et sequ. Habentur apud Theophrastum, sub finem capitis 6. atque adeo totius libri, haec verba: *δοκει δε εν ταις μεγαλαις οικονομιαις χρησιμος ειναι θυρωρος, ός αν η αχρηστος των αλλων εργων προς σωτηριαν εκφερομενων, και εισφερομενων·* quae Camerarius sic vertit: *In re familiari magna existimatur utilis esse ianitor quoque ex eorum numero, qui non sunt utiles ad opera facienda, ut salva sint, quae efferuntur, et inferuntur.* Fortasse ea fuit Theophrasti mens, quidquid iurgandi studio nimis severe expendit Noster, laureolam quaerens in mustaceo; sed eius verba, quae nunc habemus, non ita revera sonant, nec ita legerat Philodemus. Is enim inquirendo sic scribit *loc. cit.* Col. XI.

(a) Vide apud Xenoph. cit. lib. V. Απομνημα των.

προς· τι λεγει το σωτηριας ἑνεκα των εισφερομενων, και εκφερομενων, και το· τουτον αχρηστον ειναι των αλλων; *cur ait servandi causa, quae inferuntur, et efferuntur; tum vero hunc inutilem esse inter alios?* Quae verba, si quid sapimus, sonant: *Cur inutilem vocat inter alios illum, qui efficit, ut salva sint, quae inferuntur, et efferuntur? Quid enim hoc utilius?* Atqui insulsissimus foret Noster, si reprehenderet sententiam, quam prodit Camerarius. Quid enim absurdi hoc habet? Sedeat custos ad ianuam, qui inutilis est ad alia opera, ut observet, quae inferuntur, et efferuntur? Vitium igitur est in illis verbis: αχρηστον των αλλων εργων, quae Camerarius torquet, ut significent; *qui non est utilis ad opera facienda;* sed re ipsa valent: *inutilis inter alia opera*, quod nihil est. Quovis ergo pignore decertem legendum των αλλων εργατων, *inter alios operarios.* Sic enim Philodemi animadversio quadrat, et Theophrasti φρασις recto stat talo. At, inquies, in nostro αυτογραφω quomodo extat? detrita sunt, fato malo, prima vocis elementa in Col. XII. initio, et residua tantum extant . . . . ων· nos autem restituimus εργατων. Utere, si lubet.

Col. XII. XXX. Ad trutinam sic revocatis cum Xenophontis, tum Theophrasti placitis ad exponendam suam ex Epicuri doctrina sententiam gradum facit. Protestatur autem se minime disputaturum » quomodo a sapiente pulchre duci vita queat intra dome- » sticos parietes, sed stricte quomodo is possidere, et custodire divitias debeat »: et primo quid sentiendum sit de Cynicorum instituto, qui sua secum omnia ferentes, divitias repudiabant. » Non improbandum autem ait, si cui libeat Cynicorum more vitam ducere, quatenus pacifica, imperturbata, et minime sollicita ea vita sit »: ceterum vanitatis plenam esse, alibi se demonstrasse prodit. » Id enim solummodo procu- » randum docet, ut vita sit serena, pacifica, et minime sollicita: ad quem finem ob-
Col. XIII. » tinendum nequaquam necesse ait ea omnia defugere, quae aliquid negotii facessunt; » quoniam multa sunt, quae quamdam adferunt molestiam, cum adsunt, sed maio- » rem, cum absunt: quod exemplis apte confirmat ».

Col. XIV. XXXI. Hinc insinuat, quomodo sapiens possidere, et custodire, non dissipare divitias debeat. » Ipsae enim, ait nequaquam per se, sed propter malitiam eorum, qui » illis abutuntur, sunt quandoque incommodae. Etenim, etsi aliquam molestiam pos- » sidentibus facessunt, liberant certe maioribus incommodis, quae paupertatem comi- » tantur; si tamen homo ad divitias usque maiores adcumulandas animum non inten- » dat, neque ambitione se per eas extollendi aduratur: atque id, cum ipsi liceat bo-
Col. XV. » na per alios, idest amicorum ope, administrare, et custodire. Hoc enim pacto faci- » lis illi evadit administratio, quae fiat in communi, et sine contentionibus, parcen- » do inutilibus expensis, quae nullum vitae adminiculum praebent, vel quae brevi » tempore sunt periturae. Hoc igitur pacto, inquit, sapiens nunquam pecunia ita in- » digebit, ut propterea magnas tolerare debeat molestias; atque adeo tranquillam, et » imperturbatam vitam aget absque ulla adaugendi opes sollicitudine: et si quando
Col. XVI. » difficilia ingruent tempora, non indignabitur, neque diras evomet, sed pauperculam » vitam libenti animo instituet; quippe qui naturae vices exploratas habeat, et quantum » eius vitae ratio sapientiae conducat, agnoscat. Etenim, licet ad lautiorem vitam du- » cendam animo propendeat, non desunt ipsi adminicula, quibus ea, quae sibi ne- » cesse sunt, invenire queat, si quidem homo modestus sit, et sobrius, et verax; » et si vilibus hominibus se minime adiungat ».

XXXII. » Cum igitur talis sit sapiens, sequitur, nunquam labiles ipsi manebunt » facultates; atque adeo practice bonus erit Oeconomus cum administrationis, tum cu- » stodiae respectu. Stulti enim hominis est rem suam non custodire, cum custodiae » labor non est inhonestus, atque is avaritia expers non omittit expendere aliquid » rerum utilium, cum ipsi naturales ad plura comparanda insint vires. Et quidem ne- » mo proprie Oeconomus dici potest, qui divitias sponte abiecerit, si verbi vim ex- » pendas, quantumvis sufficienti experientia, ad domum regendam, et lucrum facien-

» dum non careat. Unicuique enim facile est, quae utilia sibi sunt, prospicere, dum-
» modo accumulandi studio non laboret, sed substantiam sine noxa et difficultate ad-
» ministrare noverit; imo etiam nulla molestia adficietur, si qua evenient, quae pro- Col. XVII.
» videre non potuit. Peritia igitur, qua sapiens caret, est illa nempe thesaurizandi.
» Is enim minime idoneus est observandis temporibus, cum inutilis est lucrandi pe-
» ritia etiam illis, qui ea, ut qui maxime, pollent.

XXXIII. » In hoc autem, addit, videtur adcidere, sicut in panis, et ciborum
» opificio: unusquisque enim sibimet talia facere novit, etsi peritus in arte coquina-
» ria non sit; quia datur in hisce negotiis, quod ad usum, peritia quaedam artificio-
» sa. Sapientes igitur non sunt quidam optimi rerum procuratores, colligendis, et ser-
» vandis opibus intentissimi: non inepti tamen inveniendo, quae usui sunt, et pro-
» curando, ne temere, et celeriter res diffluat; ut quidam putant, qui doctos homi-
» nes adeo ineptos autumant, ut potius pessumdent, quam custodiant, quae sunt ne-
» cessaria. Etsi enim adcidat, ut vir doctus talis quandoque sit, non utique talis id-
» circo est, quia prae aliis discernere novit, et res necessarias naturali fini admetiri,
» neque quia mente non constat; sed dicendum potius, nihil eum praeter utilitatem
» moliri, et omnino a ceteris hominibus differre: quin etiam ex eius verbis reliquos Col. XVIII.
» homines adversus similes casus firmari, ut propterea non dubitent liberales fieri,
» et omnia sua elargiri.

XXXIV. Pergit porro demonstrare, quomodo sine magnis laboribus possideri,
et servari opes queant. » Vulgus enim, ait, bonum custodem adpellat, qui divitias
» congerere novit, non qui beneficus, et largitor est. Huic sane viro haudquaquam
» facile est divitias adcumulare, et congestas intactas servare; noverit tamen id facere,
» quod possidendis, et tuendis opibus adprime confert, cum nihil aliud per pecuniam
» quaerat, quam se belle habere. Cum enim ipse satis cognoscat laborem, qui ne-
» cessarius est ad qualemcumque servandam possessionem, nec non voluptatem, quae Col. XIX.
» a possessione percipitur, facile poterit prospicere, quid sibi magis expediat. Etenim
» fieri potest, ut quis multa, et celeriter adquirat, si unum sibi finem opes adcumu-
» landi, et pauperiem vitandi proponat: id tamen non sine gravi cura et molestia per-
» agere valeat. Sapiens idcirco paucis contentus erit. Et cum talis fuerit, vicaria ope-
» ra non indigebit; etsi non iniucundum sit aliquem, tamquam administrum, aeque
» ac excellentem panis opificem, habere. Ceterum nulla per divitias adficietur mole-
» stia; sed potius gratias de illis fortunae habebit. Itaque utilitatem is semper capiet,
» et quaestum bonum faciet.

XXXV. Heic autem protestatur Noster, bonum quaestum non adcipiendum es-
se secundum vulgarem, et litteralem significationem; nam, cum non adhuc
indicaverit, qualis sit sapientis possessio, et possessionis usus, ne videatur eodem
vitio laborare, quo Sophistae, dicit referendum esse ad praeconceptam a se boni
negotiatoris notionem. Quapropter subdit: » Si bonus negotiator ille dicatur es- Col. XX.
» se, qui possideat, et administret secundum veram utilitatem; talis utique di-
» cendus est sapiens: sin vero hominem, qui magno cum labore et contentione
» multa comparet, licet maiorem molestiam, quam oblectationem, inde capiat, bo-
» num negotiatorem dixeris; talis utique sapiens non erit. Qui enim ignorant, quae-
» nam sit vera utilitas, stulte putant in magna opulentia utilitatem inesse. Philoso-
» phis autem convenit exponere, quomodo sapiens utiliter possideat, et divitiis prae- Col. XXI.
» sit: et ad summam, qualis sit optima rei familiaris administratio. Id autem, ait,
» plerique Philosophorum non faciunt, sed boni negotiatoris praedicamentum sa-
» pienti tribuere satagunt, priusquam definiant, quisnam sit bonus negotiator: ita-
» que suam sententiam ad vulgarem usum detorquent; quod plerumque etiam in
» aliis quaestionibus faciunt, ut redarguendi multitudinem causas habeant, cum eas
» locutiones alio sensu adcipiunt; quo sane vitio laboravit Aristoteles in dialogo,
» quem de hoc subiecto in Peripato habuit. Demonstrare enim adgressus est bonum

» virum bonum negotiatorem esse, pravum vero negotiatorem pravum esse; prius- » quam scilicet definiret, quid boni, vel mali negotiatoris adpellatione intelligeret: » qua de re iure a Metrodoro reprehensum fuisse novimus ». Haec ipse: nos vero tum Aristotelis dialogum, tum Metrodori censuram ignorare cogimur.

XXXVI. Hisce porro praefatis dicere pergit, facili negotio comprehendi posse, qualis et quantae possessionis curam sapiens gerere debeat, et quo sensu bonus Oeconomus, et negotiator dici debeat; et quaenam proprie sit Oeconomia, quaenam ad-
Col. XXII. quirendi ars, et utriusque effectus; et cur Oeconomia ad felicitatem conducat, lucrandi autem ars inutilis sit, et molesta: atque hinc coniiciendum, quanam animi dispositione sapiens curas adsumere debeat. *Sunt enim*, ait, *procul dubio curae comparandis, et servandis divitiis adsumendae.*

XXXVII. » Profecto, sequitur, innata hominibus adquirendi cupiditas est, ut » propterea putent magis sibi prodesse sollicitudines, et litigia, quam vitam tran- » quillam, et imperturbatam; sed nos, ut consequentes simus, arbitremur oportet, » sibimet non optime consulere, qui opes per magnos labores, et pericula adqui- » runt; nec optimum esse divitiarum usum, quem fecere Callias Siculus, Scopas » Thessalus, Cimon et Nicias Athenienses, utpote qui fuerunt homines gloriae cu- » pidi, et nulli Philosophiae addicti ». Nostri autem verba haec sunt: *ου μεν οιεσθαι ποϱισμον αϱιστον ειναι τον δοϱικτητον, και χϱησιν, οἱαν εποιησατο Καλλιας κ. τ. λ.* quae sonant: *non reputare optimum reditum illum, qui sit hasta quaesitus, nec usum, quem fecit Callias* etc. Ποϱισμον tamen *δοϱικτητον* non stricte censemus ab eo sumi pro *castrensi* peculio, sed etiam pro *quasi castrensi*, quod scilicet magno cum labore, et vitae periculis comparatum sit.

XXXVIII. Observandum praeterea, quinam illi, quos adpellat, *δοξοκοπους κατα σοφιαν ουδετεϱαν*, fuerint, et quemnam eorum pecuniae usum improbandum censeat. Et quidem, ut a postremis ordiamur, de Cimone, et Nicia Atheniensibus satis historia loquitur. De Cimone enim locupletissimum testem habemus Nepotem in eius vita: *Fuit tanta liberalitate, cum compluribus locis praedia hortosque haberet, ut nunquam eis custodem imposuerit fructus servandi gratia, ne quis impediretur, quominus eius rebus, quibus vellet, frueretur: semper eum pedissequi cum nummis sunt sequuti, ut, si quis opis eius indigeret, haberet, quod statim daret, ne differendo videretur negare: saepe cum aliquem offensum fortuna videret, minus bene vestitum, suum amiculum dedit: quotidie sic coena ei coquebatur, ut quos non vocatos videret in foro, omnes convocaret, quod facere nullum diem praetermittebat: nulli eius fides, nulli opera, nulli res familiaris defuit: multos locupletavit: complures pauperes mortuos, qui, unde efferrentur, non reliquissent, suo sumtu extulit.* Eadem fere iisdem verbis habet Athenaeus lib. XII. cap. 8.

XXXIX. De Nicia Atheniensium duce videsis Suidam V. Νικιας, ubi eum narrat, Cythera insula capta, magnum Lacedaemoniis terrorem incussisse, atque octo annorum pacem inter duas civitates procurasse, utpote qui pacis esset valde studiosus: sed denique in Siciliam cum Alcibiade profectum, ut bellum Siculis inferret, infelici exitu una cum Demosthene victum, captivumque a Siculis fuisse interfectum. Sed quod ad eius divitias, usumque spectat, debemus Athenaeo, qui lib. VI. cap. 20. sic habet: Νικιας ὁ Νικηϱατου, ὡς ὁ καλος εφη Ξενοφων εν τω πεϱι ποϱων, *χιλιους εχων οικετας εμισθωσεν αυτους εις τα αϱγυϱεια Σωσια τω Θϱακι, εφ' ᾡ οβολον ἑκαστον τελειν της ἡμεϱας. Nicias Nicerati filius, ut lepidus Xenophon testatur libro de vectigalibus, quos habuit servos mille Sosiae Thracio ad fodinas argentarias locavit, obolum quotidie singulis reddentibus.* Et infra ibidem eum Ζαπλουτον adpellat, cum ait: *Romanos multa servorum millia solitos fuisse habere, ουκ επι πϱοσοδοις, ὡσπεϱ ὁ των* Ἑλληνων *ζαπλουτος* Νικιας, *non proventuum gratia, ut Graecorum ditissimus Nicias.*

XL. De Scopa autem Thessalo, ab aliis eiusdem nominis a veteribus celebratis

diverso, meminit in primis Tullius *de Oratore lib. II. §. 352 et seq. T. I.* ad usum Delph. *Dicunt enim, cum coenaret Cranone in Thessalia Simonides apud Scopam fortunatum hominem et nobilem, cecinissetque id carmen, quod in eum scripsisset, in quo multa ornandi causa poëtarum more in Castorem scripta, et Pollucem fuissent, nimis illum sordide Simonidi dixisse, se dimidium eius ei, quod pactus esset pro illo carmine, daturum: reliquum a suis Tyndaridis, quos aeque laudasset, peteret, si videretur. Paullo post esse ferunt nuntiatum Simonidi, ut prodiret, iuvenes stare ad ianuam duos quosdam, qui eum magnopere evocarent: surrexisse illum ipsum, prodisse, vidisse neminem: hoc interim spatio conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidisse, ea ruina ipsum oppressum cum suis interiisse.* Cuius historiolae a Tullio relatae mentio fit quoque apud Suidam V. Σιμονιδης, ubi Callimachi tetrastichon recitat, quod sic legit Rich. Bentleius ad fragm. Callimachi LXXI:

Ουδ᾽ ὑμεας, Πολυδευκες, ὑπετρεσεν, οἱ με μελαθρου
Μελλοντος πιπτειν εκτος εθεσθε ποτε
Δαιτυμονων απο μουνον, ὁτε Κρανωνιος, αι, αι
Ολισθεν μεγαλους οικος επι Σκοπαδας.

Neque vos, o Pollux, expavit, qui me extra tectum mox casurum foras eduxistis solum ex convivis, cum Cranonia heu! heu! corruit domus supra magnos Scopadas. De eiusdem luxu, et bibacitate meminit Athenaeus *Dipn. lib. X. cap.* 10 Φανιας ὁ Ερεσσιος Σκοπαν φησι του Κρεοντος μεν ὑιον, Σκοπου δε του παλαιου ὑϊδουν φιλοποτουντα διατελεσθαι, και τον επανοδον τον απο των συμποσιων ποιεισθαι επι θρονου καθημενον, και ὑπο τετταρων βασταζομενον, ούτως οικαδε απιεναι· *Phanias Eressius Scopam narrat Creontis filium, veteris Scopae nepotem fuisse, perpetuo bibacem, eumque de more abeuntem e conviviis in sella sedisse, viris quatuor gestantibus, sic domum revertisse.* Eumdem inter celeberrimos bibaces enumerat Aelianus *Var. Hist. lib. II. cap. 41.* ipsiusque meminit Quintilianus, et Plutarchus *in Catone maiori pag. 346. Tom. I. et in de Cupid. divitiarum pag. 527 Tom. II.* Lutetiae Parisiorum CIↃIↃCXXIV.

XLI. Restat nunc Καλλιας, quem Noster adpellat Σικελιωτην: is nobis negotium facessit. Plures enim fuerunt Calliae nomine a priscis memorati, sed quem potissimum Noster respexerit, cui του Σικελιωτου adpellatio quadret, non invenimus. Quemdam Calliam comicum Laërtius memorat *lib. II. Segm. 18.* nec non Suidas V. Καλλιας: sed hunc Atheniensem fuisse constat, Lysimachi filium, cognomento Σχοινιωνα. Alium Calliam rethorem nominat Athenaeus *lib. VIII. cap. 6*: itemque alium historicum *lib. XII. cap. 10.* de quo Suidas ibid., *Siracosium* adpellans, inquit: αναληφθεις ὑπο Αγαθοκλεους, και δωρων μεγαλων αποδομενος την προφητιν της αληθειας ἱστοριαν ου διαλελοιπεν αδικως εγκωμιαζων τον μισθοδοτην· *cum ab Agathocle exceptus, magnisque donis cumulatus esset, interpretem veritatis historiam vendens, nullum finem fecit encomiandi immerito muneratorem suum.* Hic utique, cum domo esset Siracosia, Σικελιωτης dici poterat a Philodemo: sed hunc neque admodum divitem, nec divitiis abusum aliquo pacto fuisse novimus, ut propterea inter celebriores divites primo loco scribi mereretur. Extat autem et alius Callias divitiis, et abusu infamis, si modo του Σικελιωτου ipsi adpellatio conveniret. Is nempe est, quem recenset Suidas, V. *Callias* cognomine λακκοπλουτον, *qui*, ait, *legatus ad Artaxersem missus foedus sub Cimone sancitum confirmavit*: eumque diserte Αθηναιον adpellat in V. Λακκοπλουτον. Eius item meminit Athenaeus *lib. IV. cap. 25*, et Hipponici filium, et inter Atheniensium επιφανεστατους, et musices peritum dicit: et *lib. XII. cap. 9.* de eodem sic narrat: Ότε το πρωτον εις Ευβοιαν εστρατευσαν οἱ Περσαι, τοτε, ὡς φασιν, Ερετριευς ανηρ Διομνηστος κυριος εγενετο των του στρατηγου χρηματων· ετυχε γαρ εν τῳ αγρῳ εκεινου σκηνων, και τα χρηματα εις οικημα τιθεμενος της οικιας· τελευτησαντων δε παντων διελαθεν εχων ὁ Διομνηστος το χρυσιον. Επει δε παλιν ὁ των Περσων βασιλευς απεστειλεν εις την Ερετρειαν στρατευμα, προσταξας αναστατον ποιησαι την πολιν, εικοτως ὑπεξεθεντο ὁσοι χρηματων ηυ-

πορουν. Οἱ ουν καταλελειμμενοι της του Διομνηστου οικιας, παρ' Ἱππονικον του Καλλιου, τον Αμμωνα επικαλουμενον ὑπεξεθεντο τα χρηματα εις τας Αθηνας. Και ανασκευασθεντων ὑπο των Περσων απαντων των Ερετριεων, κατεσχον οὑτοι τα χρηματα πολλα οντα· ὡστε Ἱππονικος ὁ απ' εκεινου γεγονως, του την παρακαταθηκην λαβοντος, ητησεν Αθηναιους ποτε εν Ακροπολει τοπον, ἱν' οικοδομησεται τοις χρημασιν ὁπου κεισεται, λεγων ὡς ουκ ασφαλες ον εν ιδιωτικη οικια πολλα χρηματα ειναι, και εδοσαν Αθηναιοι. Νουθετηθεις δε ὑπο των φιτων μετενοησε. Τουτων ουν των χρηματων Καλλιας κυριος γενομενος, και προς ἡδονην βιωσας (ποιοι γαρ οὐ κολακες, η τι πληθος ουχ ἑταιρων περι αυτον ησαν; ποιας δε δαπανας ουχ ὑπερεωρα εκεινος;) αλλ' ὁμως εις τοσουτον αυτον περιστησεν ὁ περι ἡδονην βιος, ὡστε μετα γραϊδιου βαρβαρου διατελειν εναναγκασθαι, και των αναγκαιων καθ' ἡμεραν ενδεης γενομενος, τον βιον ετελευτησε. *Cum primum in Euboeam Persae bellum intulerunt, tunc homo quidam Eretriensis Diomnestus nomine, dominus evasit divitiarum ducis: invenit enim in suo agro posita illius tentoria, cumque pecuniam in secreta domus parte reposuisset, omnibus in eo bello defunctis, nemo rescivit apud Diomnestum aurum latere. Cum porro rursus Persarum rex exercitum misisset Eretriam, vastarique urbem iussisset, unusquisque, ut par erat, alio res suas, quae asportari poterant, detulit. Qui igitur superstites erant ex Diomnesti familia, Athenas apud Hipponicum Calliae filium, quem Ammonem cognominabant, divitias transtulerunt. Omnibus autem Eretriensibus a Persis occisis, inibi ingens pecuniae summa remansit; adeo ut Hipponicus alter ab eo descendens, apud quem deposita pecunia fuerat, locum ab Atheniensibus peteret in arce, ubi domum servandae pecuniae extrueret idoneam, quod minime tutum putaret in privata domo multum pecuniae custodiri: quod quidem ei concesserunt. Sed monitus ab amicis sententiam mutavit. Huius demum pecuniae cum dominus evasisset Callias*, (Hipponici filius) *ad delicias vitam instituit. Quales enim assentatores, vel quem scortorum gregem penes se non habuit? et quos sumtus ipse non parvifecit? Verumtamen delicata vita eo ipsum adduxit, ut coactus domum fuerit cum vetula barbara aetatem degere, et indigens omnium, quae ad quotidianum victum sunt necessaria, diem extremum clausit.*

XLII. Longe aliter rem narrat Plutarchus in *Aristidis vita*, ubi, cum de eius abstinentia verba faciat, aliquos tamen ait circa ipsum fuisse, qui se inscio, et invito, rapacitate notati fuere: quos inter fuit Callias taedifer: ὡν ην και Καλλιας ὁ δᾳδουχος. Τουτῳ γαρ τις, ὡς εοικε, των βαρβαρων προσεπεσεν οιηθεις βασιλεα δια την κομαν, και το στροφιον ειναι· προσκυνησας δε, και λαβομενος της δεξιας εδειξε πολυν χρυσον εν λακκῳ τινι καταρωρυγμενον. Ὁ δε Καλλιας ωμοτατος ανθρωπον, και παρανομωτατος γενομενος, τον μεν χρυσον ανειλετο, τον δ' ανθρωπον, ὡς μη κατειποι προς ἑτεροις, απεκτεινεν. Εκ τουτου φασι και λακκοπλουτους ὑπο των Κωμικων τους απο της οικιας λεγεσθαι, σκωπτοντων εις τον τοπον, εν ᾡ το χρυσιον Καλλιας ευρεν· *Callias taedifer, ad cuius pedes barbarus quidam, ex coma, et fascia Regem ratus, abiecit se. Cum adorasset eum, et dexteram apprehendisset, magnum pondus auri ostendit in puteo defossum. Ibi Callias, omnium hominum crudelissimus, et teterrimus aurum abstulit, et hominem, ne proderet rem aliis, interfecit. Hinc dictos aiunt a Comicis posteros eius Laccoplutos, quasi ex puteo divites, in locum, ubi aurum invenit, cavillantes.* Eodem pacto rem narrat Aristophanis scholiastes *Nub. v. 64.*

XLIII. Undecumque autem isthaec λακκοπλουτου adpellatio ortum duxerit, id pro certo haberi debet, cuiusdam Calliae Atheniensis nepotibus inhaesisse; inter quos unus denique fuit, qui luxu et lascivia rem omnem abligurivit: adeo ut in proverbium abierit, teste Suida, Aristophanis *in Avibus* scomma: Καλλιας πτερορρυει· *Calliae pennae decidunt*: eiusque παροιμιας Lexicographus rationem reddit, Aristophanis versus recitans: Κωμῳδειται Καλλιας, ὡς απολεσας παντα τα χρηματα· ατε γαρ ων γενναιος, ὑπο συκοφαντων τιλλεται· αιτε θηλειαι προσεκτιλλουσιν αυτου τα πτερα. *Deridetur a comicis Callias, utpote qui omnem pecuniam amiserit: cum enim gene-*

rosus sit, a Sycophantis vellitur, et feminae insuper eius pennas evellunt. Hic tamen non idem esse videtur, ac Callias ille, quem Nepos in *Cimonis Vita* Elpinicae eius Sorori nupsisse narrat, cum inquit: *Huius coniugii cupidus Callias quidam non tam generosus, quam pecuniosus, qui magnas pecunias ex metallis fecerat, egit cum Cimone, ut eam sibi uxorem daret: id si impetrasset, se pro illo pecuniam soluturum.* Novimus enim ex Athenaeo *lib. V. cap. 18.* Calliam Hipponici filium praetorem fuisse, cum navali praelio certarunt Athenienses annis vigintiquatuor post Periclis interitum: ideoque non pecuniosus modo, sed et generosus erat. Sed sive eumdem dicas, sive diversum autumes, nunquam profecto Σικελιωτην invenies, quem indicat Philodemus. Num ne ergo ad Calliam Syracusanum historicum confugiemus? Minime id quidem. Etsi enim is ab Agathocle locupletatus dicitur, nihil tamen traditum ab historicis habemus de eius divitiarum abusu, quod Philodemi dictis congruat, ut de aliis tribus ab eo citatis. Suspicamur potius heic Nostrum memoria fuisse lapsum, atque Calliam Syracosium cum Hipponici filio confudisse, et propterea *Sicellotem* adpellasse.

XLIV. Ceterum ex iis, quae adhuc apud veteres de memoratis viris habemus, non satis omnino mens Philodemi constat; siquidem eos adpellat *viros gloriae cupidos, qui nulla Philosophia duce quaedam in speciem pulchra patrarint, unde placuerunt tantummodo hominibus discernendo ineptis illos, qui practice aliquid speciosum facinus operantur, a Philosophis, qui ex certis principiis virtutem colunt.* Quod nobis argumento esse debet, illos speciosa quaedam facinora reapse perpetrasse, quae sibi vulgarium scriptorum admirationem conciliarunt. Et quidem, quod de prolixa Cimonis liberalitate adcepimus, Philodemi verbis quadrat: fortasse etiam quod de Niciae industria, servos locantis, ne inutiles aleret, eius laudi verti poterat. Scopas autem, et Callias mirum sane est, si quem laudatorem invenerint, quando de iis non nisi luxuriem, ebrietatem, et pecuniae dissipationem novimus. Dicendum igitur, nos latere, quae fortasse gesta aliquam virtutis, vel magnanimitatis speciem praetulerint, et laudis materiem aliquibus suppeditarint. Quidquid tamen de illorum gestis fuerit, et num laudi potius, an vitio illis verti debuerint; certe, subdit Noster: *non ea pulchra exercuerunt facinora, quae ad animi tranquillitatem, prestantissimis bonis innixam, conducunt.*

XLV. Equidem huc usque rectissime arguit Epicureus noster, eum minime laudandum, qui ad captandam vulgi opinionem aliqua in speciem pulchra admittit, animum vero suum componere nescit ad virtutis normam. Sed id ipsum Epicuri sectatoribus plerique obiiciebant, praesertim Stoici, eos nempe vera virtute expertes esse; ut proinde nihil memorandum, et laude dignum patrare possent. Hanc igitur obiectionem mox occupat Philodemus: sed levi nimis brachio propulsat; quippe ait, huiusmodi accusationem *indignam esse hominum celeberrimorum, qui se, veluti sapientiae, et perfectionis duces iactent.*

XLVI. His porro subdit, *ridiculum magis esse*, quod quidam Philosophorum Col. XXIII. censerent, distinguendum scilicet inter varias lucrandi rationes, et alias prae aliis decoras, vel indecoras esse: sic e. g. *per equestrem artem lucrari pulchrum esse; per mercaturam vero, etsi servi tantum laborent, infelix negotium fore; stultum autem, si quis mercaturam simul, et equestrem artem exercere velit: sic etiam agriculturam propriis manibus tractare miserum negotium esse; alienum vero agrum conductum colere probi, et diligentis hominis esse opus.* Contra enim se res habet, reponit Noster. *Quo minores enim nexus, et necessitudines homo cum hominibus habet, e quibus multae plerumque adveniunt molestiae, eo iucundiorem vitae rationem, et secessum cum amicis tranquillum, et decentissimum ad viros principes adcessum habet. Decentia enim neque a magno comitatu, neque a servorum peritia, et doctrina pendet: haec autem vix secundum, et tertium locum obtinent.*

XLVII. Hisce praelibatis propius ad exponendum adcedit, quo pacto adquiri, et servari opes ob utilitatem possint sine anxietate, et molestia. Et primum omnium inquit id esse, *quod a Philosophis inculcatur, gratis scilicet viris benefacere, quemadmodum omni cum reverentia versus Epicurum factitatum fuit* (a discipulis scilicet, et amicis, quales fuerunt Hermarcus, Polyaenus, Metrodorus, aliique): tum vero *non sectari, nisi quae vera sunt, et non controversa, id est, quae nullam adferunt perturbationem.* Quibus autem danda sit opera, ut quis adquirat, quod utile est, et adquisita custodiat; id ait ab unoquoque facili negotio cognosci posse, si *cupiditates, et timores cohibere noverit. Qui enim pecuniam non profundit, nec in pravum usum invertit, is adprime splendidus est: non enim luxuosa vita, et intemperans, nec magnificus vasorum adparatus reddit hominem*
Col. XXIV. *illustrem; multoque minus attonitus pavor Deorum, et mortis, et dolorum, et eorum omnium, quae dolores creare putantur. Itaque si quis ea, quae minus expetenda sunt, non admiretur, nec, quae minus metuenda, pertimescat; optimus facultatum adquisitor, et custos erit. Equidem,* subnectit, *per iniustitiam posse tum adquiri, tum servari pecuniam vulgus putat: sed mox, ut plurimum, eadem iniustitia privat bonis tum lucrifactis, tum prius existentibus. Quapropter si homo, qui nec aviditate, nec timore laborat, iustitiam quoque colet, sine periculo adquiret, et servabit.*

XLVIII. Pergit porro demonstrare, quantum Oeconomiae amicitia, et, liberalitas prosit; quare ait: *Procul dubio, qui amicos non habet, exoneratus videtur impensis, quae amicis iuvandis sunt opus; sed is homo apud omnes despicabilis evadit, et expers benevolentiae; quare nec praestantem reditum, nec tutam bonorum custodiam habebit: qui autem amicos comparaverit, feliciter utroque ex capite ipsi eveniet. Humanitatis enim, et comitatis defectus multum nocet, quippe homines auxilio destituit, et saepe substantias minuit: contrariae autem dispositiones contrarios producunt effectus. Simpliciter autem puto omnem malitiam impedimento esse iucundae vitae rationi, et facultatum curae: oppositas vero virtutes mirum in modum ad felicitatem conferre.* Quibus sane verbis lectorem ad generale sui operis argumentum revocat, quod est: *περι κακιων, και των αντικειμενων αρετων, και των, εν οις εισι, και περι α.*

Col. XXV. XLIX. Id ipsum porro clarius explicare pergit, atque Hermarchi auctoritate fretus ait » beneficia, et largitiones, quae probis honestisque amicis fiunt, et curas, quae » ipsis impenduntur, non modo patrimonium non minuere, ut male nonnulli opi» nantur, sed potius possessionem esse utiliorem, quam bene cultum agrum, imo » thesaurum adversus fortunam tutissimum ». Hic nempe est Hermarchus Egemarchi filius Mitilenensis, quem corrupto nomine omnes MSS. et editi codices dixerunt *Ἕρμαχον*, et cui Epicurus domum, hortum, et libros testamento legavit, nec non suae scholae post se ducem nominavit. Vide Laërtium *lib. X. segm. 16.* De recta autem eius nominis scriptione quis ulterius dubitabit? Vide *Antiqu. Hercul. Tom. V. De' Bronzi* I. *Tav. 17. pag. 71.*

L. Idemque mox Epicharmi verbis inculcat, oportere scilicet, ut sapiens vir non solum impensam consideret, sed etiam futurum de longe adparens lucrum prospiciat, et saepe aliquid proiiciat, quasi semen, quod terrae mandatur, ut fructum suo tempore proferat. Hic autem Epicharmus non alius procul dubio est, quam Comicus, et Medicus *της πυθαγορικης διατριβης μετεσχηκως*, ut ait *Plut. in Vit. Numae*, quique teste Suida *V.* Επιχαρμος comoediam Syracusis invenit una cum Phormo. Et quidem in recitatis a Philodemo verbis nemo non comicam emphasim agnoscet: *ου μονον δαπανης, αλλα και του προφανεντος κερδους αρπαστικον γινομενον προνοειν δε και του μελλοντος· non modo impensam, sed etiam de longe adparens lucrum, fur evadens, prospiciat etiam futurum*: ita et in reliquis: nec plures fuisse celebres Epicharmi nomine Pythagorae discipulos ex ipsomet Nostro erui posse censemus; nullo

enim *διακριτικῳ* ipsum signat, uti solitus est facere, sicubi plures eodem nomine celebres sibi occurrunt. Suidam quoque unum agnovisse patet. *l. c.* etsi varias de patris, et patriae nomine opiniones proferat. Ceterum *de numero, quot Epicharmos celebres tulerit antiquitas, de aetate, et litterarum studiis, atque generibus, mire dissentiunt et veteres, et recentiores,* ut recte monuit Harles in *Fabric. lib. II. cap. XIX. pag. 298.* Quinam autem fuerint critici scriptores, qui in diversa abierunt, recensitos habes in Mongitoris *Biblioth. Sicul.* quem videsis *Tom. I. pag. 180.* ubi eruditus Bibliographus Epicharmorum multiplicitatem inde ortam putat, quod alii alio nomine eius patrem adpellarint, nec non varii in eius patria adsignanda fuerint antiqui scriptores: quod quidem minime improbandum reor. Id autem, quod ait, *inter vetustiores scriptores haud aliquem fuisse video, qui hanc multiplicitatem admittat,* confidentius dictum autumo. Si enim Diogenem Laërtium consulas, duplicem certe Epicharmum agnovisse dicas oportet; nisi potius in mendo eius verba cubare adfirmes. Biographus enim *lib. III. segm. 9. et seqq.* Platonem enarrat plura ex Epicharmi *Comici* scriptis transtulisse: *πολλα γαρ Επιχαρμου, του Κωμῳδοποιου, προσωφεληται, τα πλειστα μεταγραψας.* Mox vero *lib. VIII. segm. 78.* inter Pythagorae auditores Epicharmum *Elothalis filium Coum* enumerat, ipsumque plura reliquisse ait *ὑπομνηματα* de *rerum natura, de sententiis,* et *de medicina:* de comoediis vero ne verbum quidem; ita ut Fabric. *Bibl. Gr. cap. XIX. pag. 677.* opportune adnotet: *mirum est, quod Laërtius Epicharmi Pythagorici ὑπομνηματα memorans, in quibus (ut ipse ait) φυσιολογει, γνωμολογει, ιατρολογει, ne verbulo quidem innuit comoedias eum docuisse.* Et sane mirum; siquidem, ut inquit *Henricus Steph. in praef. edit. an. 1592.* ob id praecipue Laertius laudandus, *quod, cum saepe contingat, ut facienda sit mentio rei alicuius, de qua antea verba fecerit, videmus passim eum ostendere se minime eorum, de quibus antea scripserit, esse immemorem.* Vel igitur fateberis Epicharmum Κωον a Κωμῳδοποιῳ diversum Laertii mente fuisse; vel potius corrupta eius verba esse in *cit. lib. VIII.* suspicaberis. Corruptionem vero manifestam deprehendes, si eo in loco Biographi verba attente consideres. Sic enim habet: Επιχαρμος Ελοθαλους, Κωος, *και ουτος ηκουσε* Πυθαγορου· *τριμηνιος δε ὑπαρχων, απηνεχθη της* Σικελιας *εις* Μεγαρα, *εντευθεν εις* Συρακωσιαν. *Epicharmus Elothalis filius, Cous, et ipse Pythagorae auditor, cum trimestris esset e Sicilia abductus est Megara, et inde Syracusas*: idque ex ipsiusmet scriptis se didicisse fatetur. Quid monstri est hoc? Natus in Aegaei Insula Coo, trimestris adducitur e Sicilia! Ecquando huc advolavit? Num rubens a partu? Possibile id quidem; sed Biographo non reticendum. Ad haec quomodo Coum adpellat, si mox Epigramma eius statuae inscriptum recitat, ubi Syracusae eius patria dicitur? *Ὁν πατρις εστεφανωσ᾽ ἁδε συρακωσιον.* Adeo sibi Laërtius non constat! Atqui si unum verbulum refingas, et pro *Κωος* legas *Κωμῳδοποιος*, quod fortasse compendii causa decurtatum a librario fuit; omnia belle constabunt. Habebis enim unum eumdemque Epicharmum, Comoediarum scriptorem, de quo antea mentionem fecerat, Pythagorae discipulum, in Sicilia natum, trimestrem inde abductum, Megaram (non utique in Sicilia, sed in Achaia) et hinc rursus Syracusas advectum; qui praeter comoedias, quae fortasse Laërtii aevo deperierant, memorata *ὑπομνηματα* reliquerat. Si commentum placet, hanc quoque gratiam Philodemo nostro debebis.

LI. Hisce autem sic disputatis ad ostendendum pertransit, quantum peccent avari, et qui falsis utuntur in Oeconomia regulis. » Qui enim, ait, servandae pecuniae » unice intendunt, modicum negligere, et impensas pro substantiae modo facere » nesciunt: nec sibi in emendo illam normam statuunt, ut pluris, vel minoris » emant, prout aliquid utile, vel inutile sit unicuique: nec considerant pro divi- » tiarum facultate uni culpabile esse, si continenter emat, adeo ut patrimonium » absumat, alteri vero inculpabile. Absurdum item per singulos menses annuos pro- » ventus tribuere, quasi non interdum eveniat, ut necessitate urgente multo magis

» insumere debeant : nec minus absurdum illud , quod aliqui Romanorum facere » consueverunt , ut, cum nova proventuum fieret adcessio , partem in sumtus, par- » tem in adparatus , partem in repletionem , partem denique in thesauro reconden- » dam dispertirent; quasi non adcidat aliquando , ut urgentibus temporibus, et ho- » nestae vitae ratione , neque domum exornare , neque thesaurizare liceat, sed po-
Col. XXVI. » tius pecuniam tum praesentibus negotiis , tum iucundis animi impulsibus obse- » cundandis admetiri expediat. Etenim quemadmodum , cum plura superveniunt , » genio, et amicis indulgere in innoxiis cupidinibus licet , ita egestati obvenienti » occurrere necesse est per non illiberales sumtuum diminutiones in se potius, quam » in amicos: eodem prorsus pacto privatas meditationes , privatos philosopho- » rum consessus , et syllogismorum compositiones intermittere sine rubore expedit » aliquando : quod enim iusto plus est, turpe est; quod vero tantum est, quantum » utile, honestum est.

LII. Monet praeterea in procuratoribus, et ministris eligendis non sua tantum utendum sententia , sed sibi amicos, qui periti sint , adiungendos : et saepe etiam possessionum administrationem a domesticis ad extraneos transferre non improbandum ait. Non omnes enim possessiones, inquit, uno, eodemque modo administrandae sunt: atque adeo verum est illud effatum: *ultimo quoque hominum aliquando indigemus.*

LIII. Animadverti denique divitias, quae ab avaris dicuntur dilabi, saepe esse partem certiorem, et quae uberiorem fructus spem portendit. Tum subdit molestum sibi esse sapientem monere , ne pollicitationibus aliquorum fidat, et ideo incuriosus sit earum
Col. XXVII. rerum, quae per semet comparare , et custodire potest , neque vanis praetextibus stabilia bona absumat, et quae magis fluxa sunt , conservet ; etsi in hunc errorem multi inter philosophos lapsi sint. » Cum enim , inquit , amici adsunt , studendum » est parsimoniae , ut ipsi amici post eius mortem aliquam bonorum partem nanci- » scantur ; sunt enim filiorum loco habendi : si vero non adsunt , non modo parsi- » moniam , sed maiorem etiam diligentiam per se quisque adhibere debet ».

LIV. Hactenus Oeconomiae praecepta ad Epicuri mentem accommodata. Sed antequam manum de tabula tollat Noster, et librum claudat, tria coronodis loco subnectit. Profitetur primo , se non omnia , quae a Xenophonte , et Theophrasto de Oeconomia sunt tradita , improbare , imo plura in illis esse , quae Philosophis sint amplectenda. Philosopho enim minime erubescendum ait, si ab alio, quod utile est , mutuetur ; sed potius si negligat.

LV. Tum vero adversus eos , qui inutilem hanc novam de Oeconomia tractationem censerent , se Metrodori exemplo tuetur , qui post Magistrum Epicurum de eadem fusius , et adcuratius tractavit : aliis vero , qui fortasse uberiorem ea de re disputationem postularent, occurrit ; quippe ait , maiori indagine opus non esse , ut quis intelligat, quid sibi velit *imperturbata domus administratio, et quam longe paupertati divitiae antecellant.*

Col. XXVIII. LVI. Denique minutiora praecepta, quae scripto contineri haud facile possunt , voce suis discipulis se traditurum pollicetur: alia vero multa, quae adhuc enucleanda restant de cura scilicet , et custodia possessionum , tum de divitiarum voluptate , et paupertatis malignitate , tum etiam de arte sive publicam, sive privatam vitam regendi, tum demum de experimento ad negotia vel eligenda , vel fugienda necessario, et de eiusmodi aliis in sequentibus se scripturum spondet.

LVII. Exinde autem, quod ait, *αναγκην ειναι ποιειν τας παραδοσεις*, manifestum fieri puto , huiusmodi Philodemi scripta nihil aliud esse , quam praelectiones in usum auditorii sui concinnatas.

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ
ΠΕΡΙ ΚΑΚΙΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ
ΑΝΤΙΚΕΙΜΕΝΩΝ ΑΡΕΤΩΝ
ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΟΙΣ ΕΙΣΙ
ΚΑΙ ΠΕΡΙ Α
Θ

Genn. Casanova del. Franc. Casanova inc.

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ

ΠΕΡΙ ΚΑΚΙΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΝΤΙΚΕΙΜΕΝΩΝ ΑΡΕΤΩΝ

ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΟΙΣ ΕΙΣΙ ΚΑΙ ΠΕΡΙ Α

Θ.

PHILODEMI

DE VITIIS ET VIRTVTIBVS OPPOSITIS

ET

DE RERVM SVBIECTIS ET OBIECTIS

IX.



ΠΙΤΑΙ ΛΤΑ
ΟΤΙ CCΥΝΙ
ΟΙΚΟΝ ΙΑCΟ ΕΡΓΟ
ΤΟ ΥΟΙΚΕΙΝΤ ΔΙΟΝΟΙΚΟΝ
ΚΑΙΤΟ ΟΙΕΙΝΤΟΝΑΛΛΟΤΡΙΟΝ
ΕΥΟΙΚΕ ΘΑΙΛΑΜΒΑΝΟΜΕΝΟΥ
ΠΟΥΕ ΤΟΥΜΕΓΑΛΩCΤΙCΥΜ
ΦΕΡΟΝΤ CΚΑΙΜΑΚΑΡΙΩCΑΛ
ΛΑΤΟ ΠΟΡΙΖΕΙΝΠΟΛΛΑΧΡΗ
ΜΑΤΑΚΑΙΦΥΛΑΤΤΕΙΝΠΩCΔΙ
ΑΜΕΝΕΙΤ ΠΟΡΙCΘΕΝΤΑΚΑΙ
ΠΡΟΥΠΑΡ ΟΝΤΑΚΑΙΚΑ ΤΟΥ
ΟΤΟΕΥ ΙΚΕΙΝΤΟΝΙΔΙΟΝΟΙ
ΚΟΝΚΑΙΠ CΙΝΟΙΚΕΙCΘΑΙΤΟΝ
ΑΛΛΟΤΡΙ Ν ΤΕCΥΝΗΘΕCΗΝ
ΤΙΘΕΝΑΙ ΕΗΚΑΙΝ ΙΕC
ΤΙΝΟΥΚΑΝΦΘΟΝΗCΑΙΤΙCΕ Ε
ΚΑΤΑΤΟΥΠΡΟΛΕ ΘΕΝ ΟΥ
ΚΑΝCΥ ΧΩΡ
ΓΑΡΚΑΙ C
ΑΔΙΑΦΟΡ
ΝΟΟΥΜΕ
ΚΟΝΟΜ
ΑΥ
ΟΥ Τ
ΑΔ
ΝΟΙC
ΝΟΜ
ΘC
Α
CΚΕΙΝΘ
ΦΗΤΕΡ

COL. I

Genn. Casanova dis · Franc. Casanova inc.

COLUMNA I.

οτι αυτος συννοει ειναι της Οικονομιας ου μονον εργον το ευοικειν τον ιδιον οικον, και το ποιειν τον αλλοτριον ευοικεισθαι (λαμβανομενου του εκ του μεγαλως τι συμφεροντος, και μακαριως), αλλα το ποριζειν πολλα χρηματα, και φυλαττειν, πως διαμενει τα πορισθεντα, και προυπαρχοντα, και κατα τουτο ευοικειν τον ιδιον οικον, και ποιειν οικεισθαι τον αλλοτριον, ουτε συνηθες ην τιθεναι, ουτε δη καινον εστιν. Ουκ αν φθονησαι τις εχε κατα του προλεχθεντος, ουκ' αν συγχωρησαι

¶ quod iste censet, Oeconomiae opus non solum esse propriam domum bene administrare, ac facere, ut bene administretur aliena (eo sensu id accipiens, ut quid magni, et beati *Oeconomus* conferat); verum etiam comparare multas facultates, et cavere, quo pacto comparata, et prius exsistentia permanere valeant, et secundum hoc propriam domum regere, et efficere, ut bene regatur aliena; neque consuetum erat ponere, nec utique novum est. Nec denegare quis fortasse poterat contra id, quod dictum est, nec concedere

CAP. I. Xenophontis sententias exponit.

ADNOTATIONES

V. 1. et sequ. Respicit Xenophontis verba, *Rerum Memorab.* lib. V. *Francofurti pag. 818*: Δοκει γουν, εφη ὁ Κριτοβουλος, οικονομου αγαθου ειναι ευοικειν τον ἑαυτου οικον. Η και τον αλλου δε οικον, εφη ὁ Σοκρατης, ει επιτρεποι τις αυτῳ, ουκ αν δυναιτο, ει βουλοιτο ευοικειν, ὥσπερ και τον ἑαυτου;



ΠΕΙΗΘΕϹ
ΡΟΝΜΑΝΘΑΝΕΙΝΚΑΙ
ΤΑϹΗΛΙΚΙΑϹΑΛΛΑΜΗΝΚΑΙΤϹ . Α
ΜΕΤΑϹΓΥΝΑΙΚΑϹΕΝΙΟΥϹΕΧΕΙΝ
ϹΥΝΕΙΓΩϹΕΙϹΧΡΗΜΑΤΙϹΜΟΝ
ΤΟΥϹΔΕΠΑΝΥΒΛΑΠΤΙΚΩϹΟΥ
ΚΗΓΝΟΕΙΚΡΙΤΟΒΟΥΛΟϹΕΝΜΕ
ϹΩΚΕΙΜΕΝΟΝΕΙΔΑΝΑΓΚΑΙΟΝ
ΕϹΤΙΓΑΜΕΤΗΚΑΙΛΥϹΙΤΕΛΕϹ
ΕΙϹΤΗΝΦΙΛΟϹΟΦΟΝΟΙΚΟΝΟΜΙ
ΑΝΚΑΙΚΑΘΟΛΟΥΤΟΝΕΙΡΗΝΑΙ
ΟΝΒΙΟΝΕΤΙΔΕΙΠΑϹΑΔΥΝΑΤΗ
ΓΥΝΗΤΑΠΡΟϹΗΚΟΝΤΑΔΙΔΑ
ϹΚΕΕΘΑΙΚΑΙΠΑΝΤΩΝΔΕΙΤΩΝ
ΜΕΝ
ΑΝ . . ΡΤΑΝΟΝ . . ΩΝΤΟΝΑΝΔΡΑ
ΤΗΝΑΙΤΙΑΝΕΧ . . ΝΗΤΙΝΩΝΟΥ
ΚΙϹΩϹΗΔΕΙΚΑΙ . . Α . . ΡΑΤΟΥϹ
ΟΡΘΩϹΑΝΗΞΙϹ . . Α . . ΘΑΝΕΙΝ
ΟΔΑϹΠΑϹΙΑΝΑΥΤΩϹΥΝΙϹΤΑΝ
ΤΗΜΟΝΕϹΤΕΡΟΝΑΥΤ .
ΠΙΔΕΙΞΟΥϹΑ . ΟΔΑΥΤ .
. . ΙΝΟΜΙΖΕΙΤ
ϹΙΝΩ . . ΝΑΓΑ
ΟΥΠΑΝ . ΑΝΤ
ΑΘΟΝΕΙΝ
. ΕΤΑΙΜΕΙ
ΙϹΕΠΙΤΟΠϹ . . ΑΚΤΗ
ΑΤΩΝΤΑΙ . ΔΡΟϹΠΡΑ
ΑΠΑΝΑΤΑΙΔΕ . . ΠΛΕΙ
ΤΩΝΤΗϹΓΥΝΑΙΚ
ΥΜΑΤΩΝΚ . . Ε
ΝΟΜΕΝΩΝ
. ΟΙΚΑΚΩϹΔ . . ΕΙϹΥΝΤΑΙ
ΙΨΕΥΔΟϹϹΕΠΕΙΔΕΜΗΓϹ
ΕϹΕΙΔΕΜΗΙ . . ΑΔΗΛϹ
ΕΛΕ . ΕΝϹ . ΑΚΕΡΔϹ
ΝΟϹ . Π
ΟΙϹΩΦΙ
. ΑΙΡ
ΥΤΕΤ
ΑΙ . ΤΑ . ΑΛΛΑΙ . ΕΓ
. ΕΙΓΑΤΗ
ΤΑΚΑΙ
Η

COL. II

Genn: Casanova dis. — Franc. Casanova inc.

COLUMNA II.

. . . . και ου μονον τας ἡλικιας, αλλα μην και το γαμετας γυναικας ενιους εχειν συνεργως εις χρηματισμον, τους δε πανυ βλαπτικως· ουκ' ηγνοει Κριτοβουλος εν μεσω κειμενον. Ει δ' αναγκαιον εστι γαμετη, και λυσιτελες εις την Φιλοσοφου οικονομιαν, και καθολου τον ειρηναιον βιον· ετι δ' ει πασα δυναται γυνη τα προσηκοντα διδασκεσθαι, και παντων δει των ἁμαρτανομενων τον ανδρα την αιτιαν εχειν, η τινων· ουκ' ισως, η δει, και παρα Σωκρατους ορθως αν ηξιοι μανθανειν. Ο῾ δ' Ασπασιαν αυτω συνισταναι εφη επιστημονεστερον αυτω παντα επιδειξουσαν. Ο῾ δ' αυτος Σωκρατης ετι νομιζει γυναικα, κοινωνον αγαθην ουσαν οικου πανυ αντιρροπον επι το αγαθον ειναι τω ανδρι. Και ερχεται μεν ως την οικιαν ὡς επι το πολυ τα κτηματα δια των τ' ανδρος πραξεων, δαπανωνται δε τα πλειστα δια των της γυναικος ταμιευματων· και ευ μεν τουτων γιγνομενων αυξονται οἱ οικοι, κακως δε μειουνται

.... non solum esse homines certae aetatis, sed etiam uxores habere nonnullis ad facultates comparandas utile fore, aliis vero omnino damnosum; non utique Critobulus ignorabat, quippe exploratissimum. Num autem necessaria res sit uxor, et ad Philosophicam Oeconomiam fructuosa, et universim ad tranquillam vitam ducendam; adhuc autem num omnia, quaecumque conveniunt, mulier edoceri queat; et an omnium errorum, vel aliquorum tantum culpa in virum reiicienda sit; fortasse minus recte, quam oportet, a Socrate discere cupit. Hic autem Aspasiam sibi commendare ait, quae cuncta peritius enucleet. Praeterea ipsemet Socrates arbitratur mulierem, quae bona sit socia, omnino esse domus libramentum, ut bene sit viro. Et quidem facultates, ut plurimum, viri opera domum adveniunt, expenduntur autem, quoad maximam partem, per uxoris dispensationes: et si quidem recte fiant, augentur domus, sin vero male, extenuantur

V. 2 et sequ. τας ἡλικιας κ. τ. λ. Xenophon ibidem pag. 826 αλλ' ειναι τινες μοι δοκουσιν ἡλικιαι και ἱππων, και ανθρωπων, αἱ ευθυς τε χρεσιμοι εισι, και επι το βελτιον επιδιδοασιν· εχω δ' επιδειξαι και γυναιξι ταις γαμεταις τους μεν οὑτω χρωμενους, ὡστε συνεργους εχειν εις το συναυξειν τους οικους, τους δε ἡ, ὡς πλειστα λυμανουνται.

V. 15. την αιτιαν εχειν. ibid. Και τουτων ποτερον χρη, Σωκρατης, τον ανδρα αιτιασθαι, η την γυναικα;

V. 18. Ο' δ' Ασπασιαν κ. τ. λ. ibid. συστησω δε σοι εγω και Ασπασιαν, ἡ επιστημονεστερον εμου σοι ταυτα παντα επιδειξει.

V. 21. ετι νομιζει . . . κοινωνον αγαθην ουσαν οικου πανυ αντιρροπον. Ibid. Νομιζω δε γυναικα κοινωνον αγαθην οικου ουσαν, πανυ αντιρροπον ειναι τῳ ανδρι επι το αγαθον. Quo in loco vides vulgatam lectionem a veteri αυτογραφῳ aberrare: vocem enim οικου male transpositam esse ante ουσαν, cuique patet.

V. 25. ερχεται μεν κ. τ. λ. ibid. Ερχεται μεν γαρ εις την οικιαν δια των του ανδρος πραξεων τα κτηματα, ὡς επι πολυ· δαπαναται δε δια των της γυναικος ταμιευματων τα πλειστα· και ευ μεν τουτων γιγνομενων αυξονται οἱ οικοι, κακως δε τουτων πραττομενων οἱ οικοι μειουνται. Ipsissima sunt verba a Philodemo, fortasse memoriter recitata, transposita enim sunt sine ullo sententiae detrimento verba illa: ὡς επι το πολυ, nec non illa: τα πλειστα.

ΔΗΛΕΠ . . ΩΣΕ
ΤΙΣΤΗΜΟΝΟΣ
ΜΑΛΙΣΤΑΠΑΝΤΩΝ
ΤΑΣΩΦΕΛΙΑΣΑΥΤΩΙ
ΥΑΖΟΥΣΙΝΩΣΤΕΚΑΝ
ΟΝΟΙΚΟΝΟΜΟΝΛΕ
ΟΝΚΤΗΜΑΤΩΙ . . ΚΑΙ
ΟΝΕΤΗΝΠΕΡΙ
ΑΙΚΑΙΤΑΥΤΑΣΕΝ
ΚΤΗΜ . . ΚΑΙΧΡΗΜΑΣΙΝ
ΟΙΚΟΝΟΛ . . ΕΙΚΑΙΥΠΑΡΧΕΙΝ
ΟΝΑΥΤ . . ΥΤΟΜΑΚΑ . . Ω
ΚΟΝΟΙΚΕΙΝΚΑΙΔΙΔΑΣΚΕΙΝ
ΝΤΕΡΠΝΟΤΕΡΑΠΡΑΓΜΑΤΑ
ΑΣΗΤΩΝΟΥΚΑΝΤΙΟΥΣΥΡΟ
ΟΕΣΠΙΘΑΥ . . ΑΖΩΝΑΛ
ΟΣΟΤΟ . . ΤΟΣΛΕΓΕΙ
ΛΟΥΠΟΣΙΝΟΙΚΟΝΟΙΚ
ΛΩΣΑΝΑΥ . . ΟΣΝ . . ΧΙ
ΟΥΚΕΧ
ΝΤΑΙΦΙΛ
ΩΝΤΗΛΗΣΛ . . ΕΙΤΑ
ΛΙΣΤΑΧΡΩΜ
ΙΣΚΑΛΩΣ
ΑΛΛΩΝΓΡΑ . . ΕΝ
ΓΑΘΟΥΟΙΚΟΝ . . ΜΝ
ΣΤΕΩΦΕΛΕΙ . . Υ
ΚΕΤΙ . . ΤΩΝ
ΝΣΟΦΙ . . ΕΧ . . Ν
ΙΝΙΟΝΤΟΣ . . ΛΛ . . ΓΩΝ
ΑΙ . . ΑΡΙ . . ΠΕΡΙ
ΠΑΝΤΑΣΩ . . ΑΡΔΗ
ΝΟΥΣΚΑΙ . . ΟΙΠΕ
ΔΙΔΑΣΚΟ . . Υ
ΜΕΝΟΥΣ
ΓΛΖΕΣΘ
ΩΣΤΕΚΑ
ΟΙΚΟΝΟ
ΠΛΗΣΙΟΥ
ΤΑΣ
ΦΑΣΜΟΝ
ΑΣΚΑΙΦΙ
ΦΘΟΝΟ
ΧΟΝΤΑ
ΕΙΟΙΜΣ
ΜΟΝ

COL. III.

Genn. Casanova dis. — Franc Casanova inc

COLUMNA III.

. . . . λεγω δε, ὅτι αἱ ὁμιλιαι επιστημονος γαμετης, και μαλιστα παντων οἱ πονοι τας ωφελιας αυτῳ παρασκευαζουσι· ὡστε, καν ανδρα τον οικονομον λεγωμεν των κτηματων, και χρηματων γονετην· περιποιει γυνη και ταυτας εν τοις κτημασι, και χρημασιν, και οικονομει· και ὑπαρχειν εργον αυτου το μακαριως οικον οικειν, και διδασκειν αν τερπνοτερα πραγματα

. . . . Dico autem conversationes sapientis uxoris, et maxime omnium eius labores ipsi viro utilitates comparare; ita ut, etsi virum Oeconomum adpellamus, utpote qui possessionum, et divitiarum procreator sit; conferat tamen uxor quoque eas utilitates tam in possessionibus, quam in pecuniis, et aeque domum regat: et esse ipsius *viri* opus feliciter domum aedificare, et docere iucundiora negotia

ΩϹΟΥΔΕΠΟΤΕΤΗϹϹΥΝΗΘΕΙΑ
ΑΛΟΥϹΗϹΕΞΩΝΠΑΡΑΚΟ ΨΑϹ
ΥΤΟϹΑΥΤΗΝΠΕΙΡΑΤΑΙϹΥΛΛΟ
ΙΖΕϹΘΑΙΚΑΙΔΕϹΠΟΤΑϹΕΧΕΙΝ
Α ΤΑϹΚΩΛΥΟΥϹΑϹΚΑ
ΚΑΙΠΟΝΗΡΟΤΑΤΟΥϹΑΡΓΙ
Α ΥΧΗϹΚΑΙΑΜΕΛΙΑΝΚΑΙΚΥ
ΒΕ ΝΚΑΙΚΑΧΟΜΕΙΛΙ ΝΚΑΙ
Τ ΕΡΓΑΖΟΜΕΝΟΥϹ ΑΙΜΗ
ΜΕΝΟΥϹΠΡΟ
ΡΙ ΝΤΑϹΔΕΤ
Κ ΔΕϹΠΟΤΩΝ
ΧΝ ΑϹΚ Ι
ΙΑϹΚΑΙΦΙΛΟ ΤΑϹΟΙϹ
ΜΑΧΕϹΘΑΙΜΑ Ο
Μ Ϲ ΜΕΝΤ
ΝΥΝΕΚΕΙΝΩΝΚ
ΑΙ Ϲ ΙΝΑΚ
Ι
ΛΙ
ΟΕΙ
ΑΡ ΡΙ
ΟΙΝΑΙΤΟΜ
ΛΙΠϹ ΩΝΜΑΛ
Α ΝΤΟΙΝΥΝΟΤ
ϹΘΑΙΧΡΗ
ΔϹ ΕΝΤΕ
ΠΡΟϹΔΕΙϹΘΑΙΛ
ΝΗ ΑϹΕΙΝΑΙΤΟΥϹΕΚΑ
ΑϹΙΑΠ ΤΟΙϹΜ
ϹΘΑΙΤΟΙϹΔΕΜΗ
ΗΙϹΥΝΗΘΕΙΑΤΟΝ
ΔΕΙ ΟΝΚΑ
ΔΕΠΛΟΥϹ Α
ΡΙ ΝΤΟΝΜΕΝ
ΝΔΕΓΩΑ ΙΝ
ΕΤΙ
Ν

COL. IV

Genn. Casanova dis.

Franc. Casanova inc.

COLUMNA IV.

ὡς ουδεποτε της συνηθειας καλουσης· εξ ὧν παρακοψας οὗτος αυτην πειραται συλλογιζεσθαι· και δεσποτας εχειν ἡδονας τας κολυουσας· κακους, και πονηροτατους, αργιαν ψυχης, και αμελειαν, και κυβειαν, και καχομιλειαν· και τους εργαζομενους, και μηχανομενους προσοδους, κατατριβοντας δε τους οικους δια δεσποτων, αμηχανιας, και λιχνειας, και οινοφλυγιας, και φιλοτιμιας, οἷς χρη μαχεσθαι μαλλον, η πολεμιοις

utpote quae nequaquam consueto more ita vocantur: ex quibus, perperam concludens hic, eam nomenclationem conatur argutando adserere; et dominos habere *ait* voluptates, quae animum cohibeant; dominos *inquam* malos, et improbissimos, animi scilicet ignaviam, et incuriam, et aleas, et perversas familiaritates; nec non homines, qui adlaborant quidem, et machinantur proventus, sed domos tamen atterunt propter suos dominos, consilii scilicet inopiam, et luxuriam, et temulentiam, et ambitionem, quibuscum pugnandum magis est, quam cum hostibus

V. 4. et. sequ. δεσποτας εχειν ἡδονας τας κολυουσας. Heic non quidem κατα λεξιν, sed per compendium refert, quae Xenophon habet loco citato pag. 621. quam videsis.

ΓΟΡΕ ΕΙΝΤΟΝΔΕΜ
ϹΚΑΙΠΤΩΧ ΝΑΛΛΑ
ΟΞΑϹΤΙΚΩϹΟΥΠΡΟΛΗΠΤΙΚΩϹ
ΚΑΤΑϹΥΝΗΘΕΙΑΝ ΤΟΜΕΝΟΥΝ
ΟΥΠΡΑΓΜΑΤΙΚΟΝΑΕΙϹΩΚΡΑ
ΤΗϹΕΙΧΕ ΟΔΙΚΑΝΟΝΑΥΤΩΙ
ΠΕΝΤΕΜΙ ΑϹΕΙΝΑΙΠΡΟϹΤΑ
ΝΑΓΚΑΙΑ ΑΙΤΑΦΥϹΙΚΑΤΩΝ
ΑΝΘΡΩΠΩΝΕΠΙΖΗΤΗΜΑΤΑ
ΚΕΝ ΥΤΗΝΕΝΤΩΙΖΗΝ
ΕΥΕΤΗΡΙΑΝΚΑΙΜΗΔΕΝΠΡΟϹ
ΕΙϹΘΑΙΤ ΝΠΛΕΙΟΙ ΝΕΠΛΥ
ΟΡΟΝ ΚΑΙΤ
ΩΙΜΑΧ ΕΝΟΝΑΛΛΑΔΗΚΑΙ
ΟΙϹΥΠ ΜΑΧΟΥΛΕΛΕΧΘΑΙ
ΚΑΙΥΠΟϹϹ ΑΤΟΥϹΠΡΟϹΩ
ΟΙ ΕΓΡΑΜΜΕΝΟΙϹΠΑ
ΝΟΜΙΑΝΚΑ ΤΗ
ΛΝΕΜΑΝΘΑΝΟΝ
ϹΟΥΔΗϹΑΝΑϹ
ΘΟΝΤΟΔΑ
ΧΕΙΝΚΑΙΑ
ϹΤΟΝ
ΑΙΠΑ
ΛΦΑΙΝΕΙΔΟΥΝ
ΤΕϹΙ ΩϹΟΥΔΟΙ
ΕΙΛ ΥΙΠΕΝΤΕ
Δ ΩϹΙΚΑΙ
ΚΑ ΔΕΤΟϹΑΥΤΑ
ΒΕΒΑ ΟΒΟΥΛΟϹ
ΘΗ ΕΙ
ΠΛ
ΤΗϹΠΟΛ
ϹΤΥΧ ΓϹΙΙ ϹΗΚΤΗ
ΟΤΟΥ
ΠΙΠ
ΕΧΟΝΤΑϹ
ΡΗϹΘΑΙΜ
ΤΙΝΧΡ
ΑϹΕ

COL. V

Genn. Casanova dis. Franc Casanova inc

COLUMNA V.

προσαγορευειν τουδε μετ' εμφασεως και πτωχον, αλλα δοξαστικως, ου προληπτικως κατα συνηθειαν· το μεν ουν ου πραγματικον αει Σωκρατης ειχε. Το δ' ἱκανον αυτω πεντε μνας ειναι προς τ' αναγκαια, και τα Φυσικα των ανθρωπων επιζητηματα, κενην δε αυτην εν τω ζην ευετηριαν, και μηδεν προσδεισθαι των πλειονων επ' αυτου ευπορον· ψευδος εστι, και τροπω μαχομενον. Αλλα δη και τοις ὑπο Ισχομαχου λελεχθαι, και ὑπο Σωκρατους προσωπιζοντων γεγραμμενοις παρα την οικονομιαν, και την καλοκαγαθιαν, εμανθανον

adpellare ipsum cum emphasi etiam mendicum, et quidem secundum rectam, non praesumtam significationem, ut de more: quod sane non reale semper Socrates duxit. Ipsi autem sufficiens esse quinque minas habere ad necessaria, et ad naturales hominum indigentias, et inanem in vita esse ipsam abundantiam, et nullius rei amplius sibi opus esse supra id, quod haberet; mendacium est, et eius moribus repugnans. Imo vero et ab Ischomachi dictis, et a scriptis eorum, qui Socratem loquentem inducunt de oeconomia, et honestate, didici

ADNOTATIONES

V. 2. πτωχον. Xenoph. l. c. pag. 822: συ μεν τοι γε πανυ μοι δοκεις πενεσθαι.

V. 6. 7. Το δ' ἱκανον αυτῳ πεντε μνας. Xenophon l. c. pag. 822: εγω μεν οιμαι, εφη ὁ Σωκρατης, ει αγαθου ωνητου επιτυχοιμι, ευρειν αν μοι συν τῃ οικιᾳ τα οντα παντα πανυ ῥᾳδιως πεντε μνας.

V. 11, 12 μηδεν προσδεισθαι των πλειονων. Xenoph. ibid. ει περι εμου λεγεις, ουδεν μοι δοκω προσδεισθαι χρηματων, αλλ' ἱκανως πλουτειν.

ΤΗΝΩCΟΥ
ΦΡΟΝΟC
CΙ ΜΑΧΟCΗΝΟΝ ΘΙΚΟΥ
ΜΕΝΟCΟΥΜΟΝΟΝΟΙΚΟΝΟΜΙ
ΚΟΝΑΛΛΑΚΑΙΚΑΛΟΝΚΑΓΑΘΟ
ΞΕΝΟΦΩΝΕΙCΗΓΕΝΚΑΙCΩΚ
ΤΟΥCΑΜΦΟΤΕΡΩ ΔΙΔΑC
ΛΟΝΑΛΛΥΠΕΡΜΕΝΤΩΝΙC
ΜΑΧΟΥΜΕΤΑΤΑΥΤ ΕΩΙ
ΜΕΝΤΟΙCΔΕΠΕCΚ ΜΜΕ
ΙCΟCΩΚΡΑΙ
ΚΡΙΤΟΒΟΥΛΟΝΠ
ΔΙΔΑΞΑΙΤΗΝΟΙΚΟ Ο
ΠΙCΤΗΜΗΝΩCΜΑΘΗC
ΔΙΑΜΙΑCΑΚΡΟΑCΕ
ΛΙΚΑΥΤΗΝΕΙΜΗΝ
ΦΙΑΙΤΗΝ ΛΥΠΗ ΝΟΥΚΕC
ΝΑΙΠΩΠΟΤΕΦ ΑC Ο Κ
ΜΗCΕΙΔΙΟΜΗΘ ΕΝΜ
ΝΕΙΝΕΝ
ΕΙΞΕΙΝΔ
Κ
ΕΑΙΜ
ΚΑΘΟΝΔΗ
Ο ΘΕΙ
ΑΛΛΕΙΧΟΤΩC
ΟΙΜΕΝΑΠΟΡΟ
ΤΟΥC
ΤΟΥCΔΕ
ΔΕΤΟΥΤΟΠΑ
ΤΩΥΠΕΡΑCΟ
Δ ΥΘΕΝΤ
ΜΕ
Υ ΤΑ
ΠΙΖ

COL. VI

Genn. Casanova dis *Franc. Casanova inc.*

COLUMNA VI.

. . . . περιφρονος ὡς Ισχομαχος ην, ὁν ἠθικωυμενος ου μονον οικονομικον, αλλα και καλον, καγαθον Ξενοφων εισηγεν, και Σωκρατης αμφοτερων διδασκαλον. Αλλ᾽ ὑπερ μεν των Ισχομαχου μετα ταυτα θεωρουμεν. Τοις δ᾽ επεσκεμμενοις αυθις ὁ Σωκρατης ερωτηθεις Κριτοβουλον προσεπιβαλλει διδαξαι την οικονομικην επιστημην, ὡς μαθησεται δια μιας ακροασεως ειναι τηλικαυτην

. . . . . valde sapientis, ut Ischomachus erat, quem is moralia tractans, non solum, ut oeconomicum, sed ut honestum, et probum repraesentavit, nec non Socrates, veluti utriusque magistrum. Sed de factis Ischomachi postea videbimus. His autem consideratis, rursus Socrates interrogatus Critobulum docere adgreditur oeconomicam scientiam, ut una auditione discat talem esse

ADNOTATIONES

V. 2, et seq. ὡς Ισχομαχος ην . . . Xenoph. lib. c. pag. 835: Επει ουν τον Ισχομαχον ηκουον προς παντων, και ανδρων τε, και γυναικων, και ξενων, και αστων καλον τε καγαθον επονομαζομενον, εδοξε μοι τουτω πειραθηναι συγγενεσθαι.

V. 10. Αυθις ὁ Σωκρατης ερωτηθεις Κριτοβυλουν προσεπιβαλλει διδαξαι κ. τ. λ. Xenoph. ibid. 833 τι ουν; εφη ὁ Σωκρατης, αρα ει πρωτον μεν επανελθοιμεν ὁσα μεν ὁμολογουντες διεληλυθαμεν, ἱν' ην πως διγωμεθα, πειραθωμεν οὑτω και τα λοιπα διεξιεναι συνομολογουντες;

ΑΛΛΩΝΟΦΕΛΟΣΟΥΚΕΙΝΑΙ
ΘΕΝΑΙΜΩΡΟΥΝΟΜΙΖΩΖΗΤ
ΟΝΤΙΝΑΤΑΡΗΘΕΝΤΕΠΑΙΔΕΥ
ΕΝΕΙΜΗΤΟΝΤΑΥΤΕΠΕΓΝΩΚΟ
ΤΑΚΑΙΜΗΝΑΓΕΛΕΓΕΙΠΕΡΙΤΟΥ
ΑΡΧΕΙΝΚΑΙΠΑΙΔΕΥΕ ΔΙΔΑ
ΣΚΟΜΕΝΑΖΩΙΑΠΑΡΑΤΙΘΕΙΣΜΑ
ΚΡΑΤΕΣΤΙΝΚΑΙΥΠΟΤΩΝΓΕΩΡ
ΓΟΥΝΤΩΝΘΕΩΡΟΥΜΕΝΑΚΑΙ
ΕΠΙΤΗΔΕΥΟΜΕΝΑΠ ΑΝΕ
ΚΤΑΦΑΙΝΕΣΘ ΚΑΙΥΠΟΦΙΛΟ
ΣΟΦΟΥΚΕΛΕΥΟΜΕΝΑΠΟΙΕΙΝ
ΤΟΝΕΠΙΤΡΟΠΟΝΚΑΙΥΠΑΥΤΟΥ
ΣΥΝΤΕΛΟΥΜΕΝΑΤΑΠΑΡΑΠΛΗ
ΣΙΑΔΕΜΟΙΔΟΚΕΙΚΑΙ ΡΙΤΟΥ
ΔΙΔΑΣΚΕΙΝΑΠΕΧΕΣΘΑΙΤΩΝ
ΔΕΣΠΟΣΥΝΩΝΚΑΙΜΗΚΛΕΠΤΕΙΝ
ΕΙΚΑΙΤΡΑΓΩΔΕΙΤΑΙΜΕΤΑΓΕΙΝ
ΛΕΓΟΝΤΟΣΕΚ ΩΝΝΟΜΙ
ΚΩΝΔΡΑΚΟΝΤΟΣΚΑΙΣΟΛΩ
ΝΟΣΚΑΙΤΩΝΒΑΣΙΛΙΚΩΝΕΙΔ
ΚΑ ΔΙΚΑΙΟΥΣΔΥΝΑΤΟΝΕΙΝΑ
ΠΟΙΕΙΝ ΟΥΝΤΟΝΕΠΙΤΡΟ
ΝΔΙΔΑΣΚΕΙΝΤΟΙΣ ΟΥΠΝΟΝ
ΝΗΓΟΥΜΑΙΔΟ ΜΕ
ΟΙΣΟΜΟΙΑΛΕΓΕΙΝΑΛΛΑΓΑΡ
ΥΔΕΝΕΤΙΔΕΙΠΡΟΣΔΙΑΤΡΙΒΕΙΝ
ΟΙΣΞΕΝ ΦΩΝΤΟΣΟΙΚΟΝΟ
ΚΟΙΣΤΩΝΕΦΕΞΗΣΓΕΩΡΓΙ
ΤΕΧΝΗΗΝΠΕΡΙΕΧΟΝΤΩΝ
ΑΠΙΔΙΑΣΕΜΠΕΙΡΙΑΣΟΥΚΑΠΟ
ΛΟΣ ΦΙΑΣΓΙΝΕΣΘΑΙΣΥΜΒΑΙ
ΙΠΡ ΣΕΤΙΔΟΥΤΑΝΑΓ ΔΙΑΓΙ
ΣΚ ΣΘΑΙΤΟΙΣΦΙΛΟΣΟΦΟΙΣ
ΟΥΤΟΙΚΕΙΑΤΑΚΑΤΑΥ
ΣΥΝΤΕΛΕΙΣΘΑΙΔΙΑΥ
ΗΛΟΝΔΗΔΙΟΤΙΚΑΠΡΟΣ
ΣΤΑΤΩΝΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ
ΜΕΘΑΤΑΙΣΔΥΝΑΜΕ
ΕΚΕΙΘΕΝΚΕΚΕΦΑΛΑΙ ΜΕ
ΑΛΛΟΝΔΕΚΑΙΤΑΤΩΝΑΛ
ΑΠΑΝΤΕΣΓΑΡΩΣΥΠΕΡ
ΜΕΤΗΛΛΕΥΚΑΣΙΝΟΠΟΤΕ
ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣΑΠΟΨΟΜΕ
ΟΙΣΔΙΑΛΛΑΤΤΕΙΠΕΡΙΕΡ
ΟΙΝΥΝ ΠΡΟΕΘΗΚ ΝΟΥ
ΝΓΑΡΕΙΣΟΙΚΟΙ ΟΜΙΚΗΝ

COL. VII

Genn. Casanova del. Franc. Casanova inc.

COLUMNA VII.

vanos praetextus, et stabilia bona absumere, servando ea, quae magis fluxa sunt; molestum est disserere: attamen in hunc errorem labuntur etiam multi Philosophorum. Verumtamen, cum amici adsunt, studendum est magis parsimoniae, ut aliquid habeant ipsi etiam post amici mortem; et certe filiorum loco ponendi sunt: si vero non adsint, maior diligentia in domus administratione, non modo parsimonia adhibenda est. Quid porro?

¶ Aliqua etiam eorum, quae a Xenophonte, et Theophrasto tradita sunt, concessimus esse non improbanda, et a philosophis illa quoque vindicanda; erubescentes potius, si quid utile praetermittimus, quam si quid ab aliis mutuamur. Profecto si quis nos accuset, quod de Oeconomia rursus scribamus; nobis sufficit Metrodori exemplum, qui post Epicurum praecepta, et monita, et constitutiones adcuratius, et usque ad minutiora tradidit, et ipsemet exsequutus est: etsi huiusmodi tractatio nunquam inutilis evadat. Illos vero, qui aliud vitae institutum sectantur, cohibeant Philosophorum principaliores, quos prius exploravimus. Fortasse talia multo sermone indigere videntur, propriori scilicet: et sane aliquis sublimioris ordinis vir etiam putaverit nos pauca admodum dixisse de re maxime utili. At nos ne hunc quidem extimebimus; quippe putamus maioris indaginis non indigere imperturbatam domus administrationem; et immensam esse divitiarum prae paupertate excellentiam. Insuper vero, cum impossibile sit scriptis definire aliarum rerum faciliorum curas, necesse

CAP. XIII.

Coronidis loco quaedam Xenophontis, et Theophrasti placita non improbanda esse ait; tum iis, quae forte sibi obiici possent, occurit, et quae in sequentibus disputare intendat, pollicetur.

ΚΗΝΕΙΝΑΙΠΟΙΕ Α
ΔΟ CΕΙC ΚΑΙΠΟΛΛΑΚΑΤΑ
ΠΟΓΡΑΦ ΙΝΔΙΕΞΟΔΟ
ΜΕΛΕΙΑΝΚΑΙΦΥΛΑΚΗΝ ΜΑ
ΤΩΝΚΑΙ ΑΛΙ ΝΤΗ Ι
ΥΚΑΙΠΕΝΙΑCΚΑ
ΠΕΚΑΙ ΤΗCΠΟΛΙΤΕ
ΤΕΚΑΙΛ ΤΗCΚΑΙΤΗ ΠΕ
ΑΙΡΕCΕΩ ΚΑΙΦΥΓΩΝΚΑΝΕΙ
ΤΙΝΕCΕΙCΙΝΑΛΛΑΙΤΟΙ ΤΑΙ

COL. XXVIII

Genn. Casanova del. Franc. Casanova inc.

COLUMNA XXVIII.

κην ειναι ποιειν τας παραδοσεις· και πολλα κατα μερη ὑπογραφειν διεξοδου εις επιμελειαν, και φυλακην χρηματων· και παλιν την τερψιν πλουτου, και πενιας κακιαν· και τεχνην την πολιτειας τε, και διαιτης· και την πειραν αἱρεσεων, και φυγων· καν ει τινες εισιν αλλαι τοιαυται.

multa vero, quae ad plenam materiae explanationem spectant, deinceps perscribere, possessionum scilicet curam, et custodiam; et rursus divitiarum voluptatem, et paupertatis malignitatem; nec non artem regendi vitam tum publicam, cum privatam; et experimentum in negotiis eligendis, vel fugiendis; et si quae sunt alia huiusmodi.

PHILODEMI

DE

VITIIS.

P R A E F A T I O.

I. En alterum Philodemi librum, qui in eodem fere argumento versatur, nempe *de vitiis* ; sed non ejusdem operis pars est. Ille enim fert titulum *περι κακιων, και αντικειμενων αρετων*, hic vero absolute *περι κακιων*. Unde arguimus duplex opus Epicureum nostrum adornasse, alterum scilicet, ubi de virtutibus, in quantum sunt vitiis oppositae; uti videre est in praecedenti volumine, in quo de recta Oeconomia, quae tum avaritiae, tum prodigalitati, tum etiam divitiarum contemtui opponitur ; alterum porro , ubi absolute *de vitiis* disserit. Hujus operis pars est liber hic , quem damus , signatus nota I nempe decimus ; in quo de *Superbiae* vitio sermonem instituit. Ut proinde pateat alia in praecedentibus vitia persequutum fuisse , uti et alia in sequentibus persequenda promittit, ut videbis.

II. Totus autem in eo est , ut varias superbiae species definiat, quibus affici homines solent , et quantum sic male adfectis hujusmodi multiforme vitium noceat.

III. Hoc quidem vitium omnes fere Philosophi non agnoverunt modo, sed etiam insectati sunt, ut videre est apud Stobaeum : imo vero invicem sese superbiae insimulabant. Vide, si lubet , apud Laërtium Lib. IV. quomodo Antisthenes *εσκωπτε Πλατωνα, ὡς τετυφωμενον*. Quare Lucianus lepide more suo in *Mortuorum Dialogis* Menippum inducit Merc[illegible]rio revelantem , quid Philosophi sub pallio ferant, in primis nempe *αλαζ[illegible]αν, και κενοδοξιαν*. Hinc praeter multos, qui in Ethicis de hoc capitali vitio scripserunt, inter quos Theophrastus, fuere etiam, qui peculiares libros *περι αλαζονειας* adornarunt, ut Simon Atheniensis a Laertio memoratus Lib. II, vel *περι κενοδοξιας*, ut Aristo Chius, de quo idem Laertius Lib. VII., et quem in hoc ipso volumine citat Noster Col. X.

IV. Nemo autem, puto, diversos superborum hominum characteres tam minute distinxit , quam Gadarenus noster. Ubi enim Theophrastus tres superbiae species in suis characteribus recensuit, hoc est, *ὑπερηφανιαν, αυθαδειαν, και αλαζονειαν* ; hic *των ὑπερηφανων superborum* octo species enumerat, scilicet, *ὑπεροπτας , αυθαδας , αλαζονας, αυθεκαϛȣς , παντειδημονας , σεμνοκοπȣς , η βρενθυομενȣς, ευτελιϛας, ȣδενωτας*, ita ut quorumdam nominum nunc denique plenam interpretationem adepti simus, quam frustra e Lexicis petebamus.

V. Animadvertendum praeterea est, hunc librum *ὑπομνηματικον* esse, hoc est ad formam *memorialis* libelli, quo scilicet praecepta, sive monita traduntur memoriae mandanda, quorum meditatione ab huiusmodi vitio sapiens abhorreat. Id ipsemet Auctor nos docet, qui sic librum concludit: *Και τον ὑπομνηματικον δε τȣτον αυτȣ καταπαυσομεν· επισυναψομεν δ' αυτῳ τον περι των αλλων κακιων· Atque huius memorialis libelli heic finem faciemus: huic porro subnectemus alium de ceteris vitiis*. Quod cum observavimus, tum demum intelleximus, quod diu nos torserat, cur scilicet Noster multa hujus *διατριβης* commata a Col. XII usque ad XVI continenter incipiat a verbis modi infinitivi sic : *Εννοειν δε. Παρατιθεναι δε. Εννοειν δε και*, et alia hujusmodi ; ita ut infinitiva haec fulcienda sint a suppresso verbo *δει, εοικε* , vel simili alio.

VI. Molestum tamen est, quod hic liber non modo initio careat, et primae σελιδες vix fragmenta nobis offerant, sed etiam trunco prorsus ad nos pervenerit capite: namque a singulis columnis abscissi sunt ad minus tres, vel quatuor versus, qui certum sententiae nexum difficulter adsequi sinunt. Nihilo tamen minus multa sunt, quae eruditis viris hanc papyrum commendare valent, ut mox videbis.

VII. In hac autem tractatione sic Noster procedit. Principio, ut par erat, ὑπερηφανιαν definivisse remur; eiusque species enumerasse, de quibus infra singulatim loquitur, quandoquidem initio carentem librum habemus. Mox quibus rationibus semet superbi tueantur, exsequi videtur. Tum quomodo superbi novatores in alios suorum errorum culpam transferant, persequitur. Deinde, quod, puto, in lacuna jacet, fortunatos homines in hoc vitium maxime inclinare ait. Hinc quomodo fortunae dona sint ferenda, et quam indignum sit ob ea extolli, et quam difficile sit ipsorum vanitatem agnoscere. Tum quomodo superbiae vitium etiam Philosophos infecerit, ac dehonestaverit, et quo sensu proprie dicendus sit ὑπερηφανος *superbus*, docet. Tum porro quam difficile sit hoc vitium exsuere, et mentem immutare, cum quis magnam sui ipsius opinionem praeconceperit: idque Aristonis auctoritate confirmat. Post haec undecim ὑπομνηματα proponit. Tum denique varias superborum hominum species enumerat; et quibus incommodis ipsimet adficiantur, describit.

Col. I. VIII. Quantum igitur expiscari licuit ex primarum σελιδων fragmentis, primum innuere videtur, quo praetextu se ut plurimum superbi tueantur, eo scilicet, quod se extollere necesse sit, ne sibi alii praevalendi ansam capiant, cum viderint de se ipsos humiliter sentire, ducto exemplo ab incuriosis, qui proprias res sic negligunt, ut insidiatoribus occasionem auferendi praebeant: tum quot modis suam prodant superbiam vel multiloquio de rebus ad se minime spectantibus, vel fastu, vel aliorum despectu. Mox loqui videtur de
Col. II. gravi imperio, quod in subditos sive ingenuos, sive servos superbi exercent.

IX. Deinde inter superbos τους καινους praecipue enumerat, *qui cuiusque*
Col. III. *rei culpam in alios transferunt, et vetera omnia contemnunt, exceptis tantum iis, quae sibi adrident, et supra priscos Philosophos se extollunt.* Quinam autem sint hi καινοι, *novi* homines, qui uniuscuiusque erroris culpam in alios reiiciunt, diu dubitavimus. Num hoc vitium novorum potius, quam veterum esse potest? An eorum, qui Romano more *novi* dicebantur, qui nempe nobiles parentes ciere nequirent? Minime id sententiae quadrare videtur. Idcirco interpretati sumus *novatores*, etsi exempla desint. Novatores enim ipsi sunt, qui superbe prisca omnia, quae sibi non placuerunt, despicientes, nova systemata, novasque methodos sive in scientiis, sive in artibus, sive in politicis negotiis pro lubito proponunt: cum vero res male cedunt, culpam in alios transferunt, quasi male nova eorum inventa sint exsequuti. Superbis item novatoribus quadrat, quod subdit, eos nempe supra
Col. IV. philosophos, qui aliter senserunt, se extollere, et despicabiles homines ipsos stupide adpellare.

Col. V. X. Pertransit porro ad eos, qui super alios efferuntur propterea, quia fortuna ipsis adrisit, et opes, atque imperia obtinuerunt. Ait enim indignum esse praestantis hominis se magnum reputare propter fortunae dona, et non potius propter urbanitatem, et decentiam, quibus huiusmodi fert dona. Namque, ait, » cum superbus aliquis dignitatem obtinuerit, iure ipsum » pessimum evasurum esse homines suspicantur ». Quanam vero ratione id probet, nescire cogimur; lacuna enim heic lectionem intercipit. Rationem

tamen reddiderat Aristoteles, lib. IV Ethic. cap. 8. *ανευ γαρ αρετης ου ραδιον φερειν εμμελως τα ευτυχηματα· ου δυναμενοι δε φερειν, και οιομενοι των αλλων υπερεχειν, εκεινων καταφρονουσιν· nam sine virtute difficile est res secundas composite ferre: cum autem ferre non possint, seseque ceteris praestare existiment, illos contemnunt.* Ab hac ratione non abhorruisse Philodemum nostrum admodum verisimile est: atque adeo subdit istos difficulter posse emendari: opus enim foret ingenium mutare, non tantum verba, quae animi elationem produnt, ut quis sapiens re vera evadat. Cum enim animi elatio a fortunae donis obveniat, difficile est illa despicere, spemque in rebus oppositis locare: idque praesertim, cum sit ea in aetate, qua nec praeceptores coërcentes habeat, nec egregios philosophos, quos audiat.

XI. Heic rursus lacuna sententiam intercipit. Ex iis tamen, quae in sequenti habentur, verisimile fit eum in philosophos ipsos sermonem convertisse, utpote quia in ipsorum numero pauci admodum sint *egregii*, qui homines recte edocere valeant, in hunc ferme modum. » Atqui facta testantur paucos esse philosophos, qui superbia non laborent, adeoque vere sapientes » dicantur: a quibusdam sane hoc vitium non excludo ». Huius porro propositionis sic rationem reddit: » Considero enim quod neque in iis rebus, quae Col. VI.
» inter se sunt simillimae, concorditer opinentur, sed semper sint *αεριοι inflati*, et sibi invicem propter invidiam infensi, neque certa disserendi methodo utantur, ut demonstrent, quaenam sint res contemtibiles. Cum enim » quis imprudenter, et sine solidis argumentis vituperat, stultitiam potius » ostendit. Etenim vituperationes illae ab hominibus male adcipiuntur, praecipue si cum adfectata gravitate oris, et vitae habitus coniungantur; quippe haec » vitia omnibus patent, et satis demonstrant huiusmodi hominem non esse sapientem ». *Αεριους* heic vertendum duximus *inflatos* eo prope sensu, quo Socrates apud Stobaeum *serm. XLV.* ait: *τους μεν ασκους το πνευμα διιστησι, τους δε ανοητους ανθρωπους οιημα· utres aer distendit, homines autem insanos opinio.*

XII. Pergit porro dicens *υπερηφανον* proprie adpellari, non qui simpliciter haec habet vitia, sed qui contemnit ea omnia, in quibus ipse aliter sentit. Atque heic cum Theophrasto consentit, qui in suis *characteribus* sic superbiam definit: *εστι υπερηφανια καταφρονησις τις, πλην αυτου, των αλλων. Superbia est aliorum omnium, praeter quam sui, contemtus.*

XIII. Tum ex paucis, quae supersunt legibilia in Col. VII. id animad- Col. VII.
vertere videtur, *υπερηφανον* recte dici posse sapientem, h. e. *in sublimi positum*, et omnibus conspicuum; sed non eo sensu, quo superbiae vitio laborantes. Ille enim propria virtute supra ceteros eminet, et sponte omnibus admirandus evadit: isti vero proprio sensu, et falsa, atque adroganti suimet opinione se super alios extollunt. Hinc vero fit, ut veri sapientes nunquam de alto excidant, et semper sint admirationi; hi vero saepius ex hominum opinione cadant, et in contemtum veniant.

XIV. » Neque id, ait, magnum paradoxon videri debet, quando isti in » levibus etiam rebus quotidie immutantur, et inter se dissident, et a suis » excidunt cogitatis. Etenim etsi quandoque id fortunae vicibus sit vertendum, » vulgo tamen videntur immutari ». Adpellat autem Noster *κοιλωματα*, fortunae *vicissitudines*, aptissima, ut puto, metaphora. Sunt enim varietates fortunae, tamquam cavitates, sive foveae, in quas homo inopinus decidit, cum in plano, et aequabili solo securus putat deambulare. » Cum vero, inquit, » in hasce cavitates inciderint, tunc evenit, ut maledictis, contumeliis, » conviciis proscissi ob vitam superbe anteactam ab omnibus deserantur. »

XV. Heic iterum atque iterum abrumpitur verborum sententia; sed ex iis

Col. VIII. quae supersunt, id dixisse videtur. » *Eo in statu nihil aliud ipsis reliquum* » *foret, quam vitae rationem prorsus immutare* antiquam personam induentes, » nisi etiam ob insuperabile vitae taedium sibimet culpam imputandam agno- » scere, ob quam derelicti fuerint, et in oppositum malum deiecti. Quando » autem istud aegre ferunt, tamquam indignum sua praeeminentia, eo » quod *sibimet videantur immerito derelicti, quomodo poterunt ipsi emen-* » *dari? Quoniam* superbus suam ipsius imaginationem persuadet, et in ea » se mordicus tuetur; atque adeo omni vitio etiam gravissimo, et ipsa su- » perbia maiori se immunem agnoscit. Difficile enim est, et rarum ab hoc » vitio rationis ope subripi, et mentem et prudentiam in posterum servare, » et se adfabilem, et aequalem in negotiis praebere; praesertim cum adsint, » *qui anteactae eius vitae memores* inrideant, et insultent; adeo ut in po- » sterum non sit aliorum contemtor, et sui ipsius admirator, praecipue in iis, » quae sibi a fortuna obveniunt; neque se inreprehensibilem putet, adeoque
Col. IX. » dignum in quamcumque domum, et familiaritatem, et sermonum commu- » nionem admitti: neque alios omnes se indignos arbitretur, non secus ac ea » quae ad ipsos pertinent: si vero necessitas ferat, ut alicui in maiori gradu » posito is ministrare debeat, non exoptet, ut eidem alii non obsequantur, » sed potius ipse curam de domesticis, et ingenuis ministris, sive contuber- » nalibus sumat. Isti enim saepe sunt in causa, cur eius phantasia excitetur, » cum domini mandata exsequi nolunt, conviciantur, rixantur, ita ut dif- » ficulter sibimet persuadeat, quod non sit ille talium rerum causa, etiamsi » facti sit conscius. »

XVI. Heic rursus sententia abrumpitur; sed procul dubio eandem difficultatem pergit exaggerare, quominus superbi hoc vitium ex animo penitus
Col. X. eradicare queant, sed semper eodem recidant, quippe qui tantam sui opinionem praeconceperint, ut » semet iniuria adficere videantur, nisi a ceteris » discrepent, vel primatum in unaquaque re non ambiant, vel in colloquiis » opportunitatem non capiant manifestandi aliorum errores, ut ipsi depri- » mantur; in primis vero semper circa se habeant amicos, qui vicissim » obsequantur. »

XVII. Hisce praelibatis, pergit ostendere, quantopere superbia aliquibus magnis viris, etiam Philosophis nocuerit, quibus fortuna principio adriserit. Laudat proinde Aristonem Chium, (de quo vide, quae adnotavimus Col. X. v. 10.), quem in libro περὶ του κουφίζειν ὑπερηφανιας, *de minuenda superbia*, hoc argumentum pertractasse narrat, fastum nempe incrementum ex eo adcepisse, quod superbi aliquot fortunam secundam habuerint, tum etiam, quod ipse prius iam dixisse ait (fortasse in huius libri initio), per fortunae dona corruptos fuisse plures celebres Philosophos, ut Heraclitum, Pythagoram, Empedoclem, Socratem, et Poëtas aliquot, quos veteres Comici taxabant. Protestatur autem, se non omnibus, quae de istis enarrabantur, factis fidem adhibendam reri; idcirco breviter, quid sentiat, exponendum pollicetur.

XVIII. Atque haec quidem nos dubitanter ex Col. X. tam male habita eruimus: quae vero exsequitur in Col. XI. ubi vix pauca legenda se offerunt verba, ignorare cogimur. Id unum tamen pro certo habemus, ipsum porro, quod pollicitus est, egisse, id est celebriorum hominum, quibus superbia nocuit, facta ad trutinam revocasse.

XIX. Quid vero reapse de celebrioribus viris senserit, quos veteres Comici superbiae insimulantes, scurriliter reprehenderunt, ex insequentibus discere non licuit. In tota enim Col. XI. inter disiecta sparsim verba vix tria nomina propria comparent: *Dion, Diodorus, et Pericles,* de quibus vide, quae ibidem

v. 2. adnotabimus. Sed quid de ipsis narret, et an Comicorum insimulationes recipiat, nec ne, expiscari nequivimus in hac lacuna. Id unum tamen ex iis, quae habet in sequenti Col. XII. concludere videtur, eos ingenio, vel virtute quidem excelluisse, sed propter fastum, animique elationem, quam tum loquendo, tum conversando praetulerunt, in vulgi invidiam incidisse.

XX. Atque in eadem porro lacuna delitescere opinamur primum των ὑπομνηματων, quae ipse proponit, nempe εννοειν τον φθονον · *recogitare invidiam*, quam subeunt superbi fortunati. Vulgus enim, ait, cum plerumque Col. XII. invidia laboret » semper oculos in illos intendit, qui in unaquaque re ceteris » praestant: tum vero aliud quidem ex eorum gestis extollit, cum adulatur, » aliud autem deprimit, cum enarratis, quae in principatu, vel regno ges- » serint, e consueta eorum loquendi, et conversandi ratione animi elationem » inspicit; quippe superbis invidet. Etenim (ut ipse pergit) quemadmodum » nostros offendit oculos, cum quis superbia tumidus et fastosus nobis » occurrit, praesertim vero si nos elatus praeterit caput quassans; sic » profecto invidum quemlibet dolore adficiunt aliena bona, nunquam vero » sic acriter, ut cum animadvertit hominem hisce onustum per ipsa etiam » fuisse animo elatum ». Itaque concludit: *Quod autem propter invidiam exitia saepe eveniant, omnes perspectum habent.*

XXI. Id autem totum, quod adhuc arguimus, luculentius adparet ex Col. XIII. iis, quae sequuntur. Subdit enim alterum ὑπομνημα his verbis: εννοειν δε και την επιχαιρεκακιαν, ὁταν εις ατυχιαν μεταπεσῃ · *cogitare etiam gaudium, quod vulgus de suo malo concipit, cum in infortunium inciderit.* Quod certe superiori monito respondet. Nam sicut superbi, si fortunam secundam habeant, incidunt in invidiam; sic, si adversam naeti fuerint, vulgus de eorum malis gaudet. Atque id confirmat cuiusdam hominis exemplo, cuius nomen in lacuna delitescit, qui cum adversam aliquando fortunam esset expertus, aegre nimis tulit, *quia superbiae, qua inflatus antea erat, recordabatur;* et ob id praecipue, quod *protinus eius adseclae ad Archelai partes abire gestirent.* Ob quam Archelai mentionem de L. Sylla heic Nostrum verba fecisse suspicamur, uti in Col. XIII. ad hunc versum adnotabimus.

XXII. Tertium porro subdit ὑπομνημα, animadvertendum scilicet » quomodo saepe eveniat, ut, qui ad maximas pervenerunt dignitates, tum » magis se stabiliant, cum demissi et adfabiles in conversando adpareant, » quasi propriam dignitatem, et fortunam non agnoscant ». Id autem exemplis confirmat tum magni Alexandri, qui militem frigore algentem suo in throno sedere jussit, ut calefieret, tum Dionysii Syracusani, qui homunculo insultanti lepide, et sine felle respondit: contra vero exemplo eorum, qui ob unum grave verbum in suos prolatum sibi odium pepererunt, ut adcidit Demetrio, cum Macedones ab ipso ad Pyrrhum desciverunt. De quibus historiolis vide, quae adnotabimus ad Col. XIII.

XXIII. Quarto deinde monet, ut quisque dives consideret » quam sibimet indecens sit alios, qui divitiis careant, despicere. Id enim manife- » ste ostendit divitias ex insperato sibi obvenisse, quare impotenter secunda » fortuna exultet ».

XXIV. Quinto reminiscendum ait » quam saepe erraverint, qui ob su- Col. XIV. » perbiam sine aliorum adiutorio negotia tractarunt; contra vero, quam » belle, qui ab aliis adiuti fuere. Superbi enim (ait) tum quia se magni » faciunt, et alios contemnunt, et difficulter auscultant, tum quia felices, » si qui sint, successus sibi unis adrogant, remanent sine adiutorio: et quo- » niam multis malignis observatoribus, et supplantatoribus circumdati sunt,

» mente evanescunt. Hinc fit, ut per aberrationes superbiam minuant, quando » rationum ope noluerunt: quod saepe in iudiciis, et certaminibus evenit, » in quibus superbi deprimuntur ». Id ait cuidam Timocreonti Seriphio adcidisse, qui cum superbus esset, et ad publicum certamen adcederet » » interrogatus cur venisset, et unde esset; *paullo post*, inquit, *ex praecone* » *audies*. Sed inito certamine adeo spectatoribus fuit infensus, ut certaminis » moderator porrecta virga fere ei os occluserit. Quapropter devictus, quoties » eo ingrediebatur, interrogatus undenam esset, *Seriphius* statim respondebat ». Id usque adhuc *ανεκδοτον*, nunc primum a Philodemo adcepimus.

XXV. Sexto considerandum monet » quomodo per fortunam nimis splendidam hominis mens saepe evanescat adeo, ut consilii admodum inops esse » videatur ». Heic detrita papyro sermo abrumpitur; sed ex iis, quae sequuntur, sic suppleri posse videtur: *Superbus enim splendida elatus fortuna*, » *cum omnes etiam amicos spernat, pravo abutitur iudicio, nec sibimet* » *consulit; contra quam sapientes, qui recte iudicant.* Nam isti tantum» modo in iis, in quibus convenit, homines reprehendunt, ille vero etiam
Col. XV. » in iis, quae extra nos sunt. Et per Iovem quam iniustum est alios deprimendo seipsum extollere, non vero propria virtute aliis excellere ». Subdit porro exemplum Agesilai, qui ut Lysandrum, virtutum aemulum, depprimeret, carnibus distribuendis destinaverat. Horum dialogum refert Plutarchus, ut adnotabimus vers. 30.

XXVI. Septimo ad examen revocandum esse iubet » cur quisque insole» scat, atque superbiat; num quod nummulos congesserit, an quod dignitati» bus, et imperiis supereminneat, qui sunt duo superbiae fontes. Inveniet enim » quam inanis sit huiusmodi gloriatio, cum quisque natura sit miser ».

XXVII. Octavo distinguendum monet inter magnanimitatem, et superbiam: superbi enim saepe confundunt, et se magnanimos adpellant. » Su» perbia vero, ait, tantum a magnanimitate distat, quantum bona corporis » habitudo a tumiditate. Magnanimus enim fortunae bona, si quae sunt in » aliis, spernit, quoniam aliis virtute praestat; superbi vero ob animi levi» tatem inflantur, et alios, qui fortunae bonis carent, contemnunt ».

XXVIII. Nono considerandum praeterea monet » eccur bruta animalia » minime despiciunt, quae sunt viliora, si secum nutrita fuere, ut videre » est in equis, et canibus, aliisque similibus; homo vero hominem despiciat » sibi genere coniunctissimum, et adeo a brutis differentem, ut pote qui » *mentem studiis* exornavit ». Quae heic desunt, sic supplenda censemus: » *Invenies autem id ab ipsis variis fortunae donis ortum habere, ob quae* » *plerique* extolluntur, consulente superbia ».

Col. XVI. XXIX. Decimo superbum hortatur » ut indignationem eorum, qui sunt » ipso maiores, iustissime excitatam metuat. Etenim si quando sors tulerit, » ut quos adiutores despexit, sibi praevaleant (quod saepe et urbibus, et » hominibus adcidit), tunc si homines sibi similes invenerit, profecto male » vapulabit; sin vero homines modestos, ex eorum probitate de suo errore » magis redarguetur ».

XXX. Undecimo demum *ὑπομνηματι* animadvertendum monet » super» biae morbum in apertam quandoque dementiam, vel in furorem degene» rare; nisi etiam dixeris dementiam et furorem excessisse, qui Hellespontum » coniungere, et mari compedes iniicere molitus fuit; vel sibi persuaserit » posse ex hominibus Deos fieri, et alia huiusmodi, quae palam a super» bientibus fieri videntur ».

XXXI. Atque haec satis dicta esse concludit *περι τουτων*, nempe *ὑπερη-*

φανων, h. e. *de hisce superbis* in genere. Pertransit porro ad quasdam superborum species, eorum scilicet, qui superbiam aliquo peculiari modo manifestam faciunt, atque alios contemnunt.

XXXII. Inter hos autem primo enumerat *αυθαδη sibi placentem*, in quo ait esse mixtum quid arrogantiae, superbiae, et temeritatis. Et quidem a Theophrasto *αυθαδεια* sic definitur: *ἡδε αυθαδεια εστιν απηνια ὁμιλιας εν τοις λογοις· ὁ δε αυθαδης τοιουτος τις, οἱος ερωτηθεις, ὁ δεινα που εστιν; ειπειν, πραγματα μοι μη παρεχε· και προαγορευθεις μη αντιπροσειπειν· πωλων τι με λεγειν τοις ωνουμενοις, ποσου αν αποδοιτο, αλλ' ερωταν, τι ἑυρισκει*; Quae verba sic latine reddi possunt: *authadia est ferox verborum inurbanitas in conversando. Is enim, qui sibimet unice placet, talis est, ut, si sciscіteris, certus quis ubi est? dicat, ne mihi negotium facessas; et salutatus nihil respondeat; et, cum aliquid venumdet, non dicat emtoribus, quo pretio tradat, sed potius interroget, qualem ipsi suam mercem inveniant.* Cum Theophrasto Noster omnino consentit; sed disertius etiam hocce vitium describit, cum ait, mixtum quid esse arrogantiae, superbiae, et temeritatis non sine aliorum contemtu. Talis est enim *αυθαδης*, ut putet licere sibi quidquid ab aliis petere, ipsum autem nihil omnino alicui debere, ne urbanitatis quidem officia; ideoque, ut ait Aristo Chius, quem citat » ab obvio quocumque, Col. XVII.
» cuius mores minime norit, turpia audeat postulare: qui servum emat, » neque aliquid interroget, neque mandet, quippe cum eo fabulari dedigna- » tur; sed tantummodo vocet, ut suis muniis attendat, et nihil aliud: qui » ungentem non vicissim inungat, h. e., ut puto, qui *juvantem* non *vicissim* » *adjuvet* (quo metaphorico sensu, etsi aptissimo, neutiquam ab aliis scri- » ptoribus usurpatum fuisse verbum *συναλειφειν* lexicographi adnotarunt): qui » hospitio exceptus non vicissim excipiat: et, si alienam portam pulset, » servo interroganti, quis est? nihil respondeat, donec is exeat: qui, si » amicus ipsum conveniat, non dicat, quomodo te habes? neque, si ipse » alium visitet, quid simile interroget; et, si epistolam scribat, neque *χαι-* » *ρειν*, *salvere* in principio, neque *ερρωσθαι*, *valere* in fine adponat ». Videsis, quae de verbo *χαιρειν* ex Philodemi mente adnotabimus ad Col. XVII. v. 15.

XXXIII. Secundo recenset *αυθεκαστον*, quem ait non omnino per se vanum esse, neque absurdum, ut *αυθαδης*; sed quia magnam suae sapientiae opinionem praeconcepit, sibi persuadet, tantumdem se valere, quantum singuli omnes simul sumti; atque adeo se erraturum, si alterius cuiusquam consilio utatur, in quo scilicet suam ostendit superbiam. Quis autem proprie dicatur *αυθεκαστος*, quae hujus adpellationis vis, et origo, quantum ex Philodemo coniecimus, habes in adnotatione ad Col. XVII. v. 17.

XXXIV. Tertium enumerat *παντειδημονα*, *omniscium*, quem ait esse *τω* Col. XVIII.
αυθεκαστω peiorem. Is enim sibimet persuasit » omnia nosse, partim quia a » peritissimis didicerit, partim quia tantummodo ab aliis fieri viderit, partim » denique quia proprio marte excogitaverit, non modo ut Hippias Eleus, de » quo loquitur Plato (*in Dialogo, cui titulus* Ἱππιας ελαττων, η περι Ψευδους), » qui omnia quae circa se haberet, suis manibus elaborasse aiebat; verum » etiam se posse iactat domum, et navim sine architecto instruere, et legales » tabulas conficere, et suis servis non modo, sed et aliis medicas manus » adhibere, et plantare, et quaecumque opera, quae summam peritiam requi- » runt, suscipere: et quamvis in omnibus pessum eat, non idcirco a sua » stupiditate cessat, et solus contra omnes disciplinas inverecunde agit, et » imperitos vocat, qui ipsum derident: atque *sapientem decere arbitratur* » *omnia per se facere*, non per servos procurare ». Sic parvulam lacunam, Col. XIX.
quae in columnae XIX. initio nobis obversatur, suppleri posse putamus.

XXXV. Ostendere porro pergit, quam sibi male superbi isti prospiciant, et quot adficiantur incomodis. Ait enim τον αυθαδη suae superbiae, et iactantiae, et vanitatis fructus colligere ex indignatione illorum, quos contemserit, » ut scilicet sibi par pari reddatur, et in quemcumque conventum se insi- » nuet, male adcipiatur, et in eum ut furentem omnes ferantur, quasi » hominem maligno morbo laborantem: αυθεκαστον vero iisdem subiici in- » commodis propter absurditates, quibus implicatur ita, ut solus desipiat, » quia sibi solus sapere in omnibus videtur; quo fit, ut cum in pluribus » aberret, omnes de eius erratis gaudeant, et inrideant, neque auxilium » ab ullo obtineat. Etenim cum nemo vere sapiens se impeccabilem esse » adserat, et nullius consilio indigere; is, qui prae istis sapere autumat, » infelix necessario esse debet, et delirare, quoniam communem sibi sensum » propriis experimentis comparasse arbitratur; atque hinc poenitentiam, et » contumelias colligit, et delirus reputatur, *omnibus enim* (sic lacunam » replemus) *certum est, quod unusquisque*, homo cum sit, hominibus » indigeat necesse est ».

Col. XX. XXXVI. Omniscium vero non mode hisce omnibus incommodis laborare ait, sed etiam » stolide furentem esse, etiamsi putet non se ipsum modo » (qui in aliquibus nihil omnino scire deprehenditur) omnia cognoscere, » et facere posse, sed et alios, qui recte multiscientissimi dicuntur. Etenim » non animadvertit, quod multae disciplinae indigent exercitatione, etsi se- » cundum veram methodum tractentur, ut partes poëtices. Quapropter apud » multiscios multarum rerum tantum odores sunt, non comprehensiones, » et aberrationes potius disciplinarum, quam rectae institutiones. Quare » qui sic temere gloriatur, se multa cognoscere, et plus minus omne rerum » genus, opprobrium potius sibi vindicat, quam encomium. Quid autem de » istis nugatoribus amplius dicere est opus? siquidem ipsi cum in adversum » casum incidunt, ad viles quosque homines confugere deprehenduntur, » et se minimis minores profitentur ».

XXXVII. Cum autem de incommodis, contemtionibus, quibus obnoxii sunt superbi, verba fecisset, anteoccupat, quod sibi forte obiectari posset, nempe superbiorem illum esse, qui sic eos contemnit; ipse autem sic se purgat. » Superbus, ait semper est aliorum contemtor; non omnis vero con-

Col. XXI. » temtor est etiam superbus; *nam cuncta pro cuiusque merito vulgus aesti- » mat. Natura enim homines ita comparati sunt, ut admirentur* (sic lacu- » nam belle impleri posse arbitramur), qui verae laudis dignitatem habet » cum quadam severitate coniunctam; sed σεμνοκοπον, h. e. *qui alios adfectata » gravitate fatigat*, et olim, et nunc omnino vituperent; atque hoc nomine » adpellant eum, qui tum lamentabili sermone, quem istiusmodi homines » mystica gravitate proferunt, tum ore, et oculis, et amictu, et incessu, et » reliquis vitae actibus molestus vulgo est ». E quibus verbis patet vulgatum esse Philodemi aevo του σεμνοκοπου nomen; attamen in lexicis usque adhuc non comparuit; nisi forte inveniatur in locupletissimo omnium nuper Londini edito, quod nondum consulere licuit: quod et de λεξεσι per nos a Philodemo erutis dictum esto.

XXXVIII. Subdit porro hosce σεμνοκοπους » tum a priscis, tum a suis coae- » vis dici solitos βρενθυομενους, και βρενθυεσθαι απο του βρενθυου, sive quia βρενθυος » ab oblato Diis thymiamate, vel unguento dicatur, ut μυνθωνος απο της μυν- » θης, *a stercore stercorosus*, sive a quacumque alia origine derivetur ». (Vide, si lubet, quae in haec Philodemi verba de βρενθυω commentati sumus in Adnotationibus ad hanc Col. XXI. v. 13.) » Vulgus enim illum, qui omnes

» despectui habere videtur, cum deiectis oculis praeterit, et capite nutat, » et obvium quemque, et eos, quorum fit mentio, vilipendit, etiamsi in » magna existimatione habeantur, et breves interrogantibus adhibet respon- » siones, quae sui animi elationem indicent, nihili facit ». Deinde in hanc sententiam recitat celebratos Aristophanis versus, quibus Comicus ironice Socratem lusit *in Nub.* v. 361. Vide, quae in Col. XXI. adnotabimus

XXXIX. E quibus sane verbis, et ex iis quae sequuntur, manifesto eruitur, se Socratem in primis, et Socraticos omnes carpere voluisse, quibus Epicurei erant infensissimi. Scitum est enim, quod C. Cotta apud Tullium in I. *de Natura Deorum Cap.* 34. Velleio Epicuri sectatori obiiciebat: *Epicurus contumeliosissime Aristotelem vexavit, Phaedoni Socratico turpissime maledixit, Metrodori sodalis sui fratrem Timocratem, quia nescio quid in philosophia dissentiret, totis voluminibus concidit. Zeno quidem non eos solum, qui tum erant, Apollodorum, Syllum, ceterosque figebat maledictis; sed Socratem ipsum parentem philosophiae, Latino verbo utens, scurram Atticum fuisse dicebat: Chrysippum nunquam, nisi Chesippum vocabat.* Et paullo superius: *Epicurus, et Metrodorus, et Hermarchus contra Pythagoram, Platonem, Empedoclemque dixerunt.* Proinde nil mirum, si heic Philodemus ἀλαζόνα ipsum Socratem adpellare non dubitarit. Quapropter sic pergit superbos Socratis discipulorum mores, per quos vulgo hominibus odiosi erant, atque molesti, graphice describere: » *Hinc profecto fit* (sic pauca, quae desunt, supplenda remur), *ut homines του βρενθυου sententias, et praecepta rideant*; quin etiam contraria » illis, quae ipse adserit, opinentur, ut potius eum laudare putent, quem » vituperat et deprimit, contra vero se ipsum vituperare, atque suos amicos, » cum ipsos emphatice collaudat. Cum autem persuasum habeat magnam » sibi adesse ratiocinandi, et persuadendi vim, sic in conversando se gerit, » ut aliis plerumque illudat, et subsannet, et subrideat, et repente insurgat » in eos, qui praesunt sine respectu, et cum manifesta insolentia usque » ad multos clamores; post haec vero taceat: si quis vero eum laudet, vel » aliquid dicere iubeat, vel memorandum hominem ipsum dicat, tum is » respondens exclamat: *numquid amplius ego novi, quam quod nihil novi?* » *ecquis enim noster sermo, aut quaenam idea vera erit?* Tum ait aliquos » esse multiscios propter naturae robur, aeque ac alios propter virtutem, » vel fortunam: nec aliquem sine epitheto adpellat; sed ait *Phaedrus pulcher, Lysias sapiens:* tum verba ambigua usurpat, uti bonum, dulcem » simplicem, ingenuum, innocuum, et ostendit ea verba sapientiae plena » esse, et se considerate adaptare, ut Aspasiae, et uxori quondam Socrates; » et primores veterum multinomines esse existimat ». Vide, quae adnotabimus Col. XXII. v. 36. ad verbum πολυωνυμους.

XL. Heic rursus lacuna intercedit, ob quam totius commatis sententiam expiscari liquido non liceat. Fortasse ut demonstrare pergat, quo pacto isti, quos carpit, suam superbiam, modo modestiam adfectantes occultare studeant, cum se nihil scire profitentur, modo per magnam ia- Col. XXIII. ctantiam palam faciant, sic subdidit: » *Idem porro sic aliquando gloriatur,* » *ut adfirmare non erubescat* se omnia sua manu adiuvare posse ». In idem enim argumentum sic sequitur. » Et si in conventum aliquem veniat, » se adspectu, dignitate, sermone eorum, qui adsident, perculsum, et ad- » mirantem ostendit; et cum ad colloquendum invitetur, timere simulat, » et cuncta sibi insolubilia videri ait. Sed cum quis merito eum inrideat, » *me ne spernis*, inquit, *cum talis sis? Utinam mihi ipse Deus forem!* » *nec utique me senem subieci tibi.* Et si quando aliquis eorum, qui ad-

» sunt, ille nempe, qui primas tenere videtur, interloquatur, hunc audies
» manus extollentem inclamare : *Quid loqueris ? Sic cito intellexisti , ut*
» *cetera omittas ? Ego et brevis sum, et intellectu difficilis :* mox attentum
» quidem disserenti, et hianti ore defixum videas; deinde loco moveri, et
» innuere, et interdum temere cachinnari. Audet etiam dicere illis, quibus-
» cum forte versatur : *demonstrate mihi vos , amici , meas in litteris im-*
» *peritias, et alias aberrationes, et simul circumspicite eos, qui indecore*
» *vivunt, nec narretis mihi certi cuiusdam hominis prosperitates, quomodo*
» *gaudere possim ; quoniam is non sum, qui valeam ipsum imitari.* Quid
» autem oportet plura dicere adversus Socratem memorabilia praecepta me-
» ditantem ? »

XLI. Ex hisce autem verbis, quibus hanc bene longam *περιοχην* concludit, manifesto eruitur, quod modo diximus, in Socratem, eiusque asseclas, et imitatores stylum exacuisse. Quid vero sint *καταμνημονευματα*, quae hic ait Socratem fuisse meditatum, ignorare cogimur; siquidem hac de re ne verbum quidem apud veteres Scriptores invenire licuit; quinimo nihil Socratem scripto tradidisse adcepimus. Fortasse igitur, quia fama erat, apud eius laudatores Socratem huiusmodi *καταμνημονευματα* , h. e. *memorabilia praecepta* fuisse meditatum, quae morte praeventus non absolvit; idcirco Noster, ut eum rideret, scurriliter ait, se hisce *ὑπομνημασι* obviam ivisse Socrati, qui sua *καταμνημονευματα* adhuc meditabatur.

XLII. Cum autem adsumserit distinguendum inter contemtores, *omnis enim*, ait, *superbus contemtor est, non tamen contemtor omnis est superbus ;* quippe sunt, qui merito contemnuntur, ut *σεμνοκοποι*, quos huc usque descripsit ; tum denique inquirit, an inter superbos contemtores sint adcensendi, qui adpellantur *ευτελισται*, sive *εξευτελισται* , h. e. *qui parvi*
Col.XXIV. *alios faciunt*, nec non *ουδενωται* sive *εξουδενωται* , *qui nihili faciunt.* Atque in antecessum ait utrosque parum inter se differre, quippe eodem tendunt, ut plus minus aliis detrahant. Qui enim parvi hominem facit, vix aliquid ei concedit, et quod deterius est, palam facit; qui vero nihili facit, nihil ipsi relinquit. Tum vero observat huiusmodi contemtum aliquando ex ambitione se prae aliis, quibus detrahit, extollendi procedere, aliquando autem ex uno odio, quo quis alium prosequitur. Hinc concludit in primo casu contemtorem superbum esse, adeoque dicendum iisdem absurdis, quibus superbi omnes, esse obnoxium, imo maioribus propter calumniam, odium, et invidiam.

XLIII. Atque heic libello, quem *ὑπομνηματικον*, *memorialem* ea de causa, quam supra notavimus, adpellat, finem se imponere ait, pollicitus alium subinde de aliis vitiis daturum.

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ
ΠΕΡΙΚΑΚΙΩΝ
Ι

Genn. Casanova dis.

Luigi Corazza inc.

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ
ΠΕΡΙ ΚΑΚΙΩΝ
Ī

PHILODEMI
DE VITIIS
X.

ΚΑΤΑΔΥϹ
ΤΩΙΘΕΛΗϹ ΩϹ
ΤΟΙΝΥΝΕΦΕΔΡΟΥϹΕΧ ΠΟΛ
ΛΟΥϹΤΕΚΑΙΔΥΝΑΤΟΥϹΕ
ΑΝΠΑΡΑΔΩΛΑΒΗΝΑΦΕΛΕ
ϹΘΑΙ ΑΠΑΝΤΑϹΥ
ΕΡϹ ΝΑΛΛΟϹΑΡ
ΞΗΤΑ Ε ΚΑΘΟΝΔΗ
ΠΟΤΑ ΟΝΤΡ ΠΟΝ ΠΤΕ
ΛΟ ΝΘΕ ΕΙ
ΤΩ Ε ΑΝ ΥΠΗ
ΜΕΝΕ ΟϹ
ΤΟΥ Ο ΕΙ
ΕΦΗΝΕΙΝ ΑΡ ΤΕ
ΠΕΡΚ ΤΑΓΜ Α ΑΚΑ
ΤΟΥϹΘΕΟΥϹ Ν ΑΞ
Ν ΕΛΟ ΩΓ ΔΕ
ΔΙΑΤΗ ΑΤΑΦΡ ΚΑ
ΤΗϹΤ ΝΕΝΙΟΙ ΕΝΕΙ
ΩΝΑΝΕΧ ΟΝΤΑ
ΤΟ ΤΑ Α ΟΛΩϹ
ΡΗ ϹΔΙΚΗΝΕ
ΗΔΙΑ ΕΝ ΦΩΝ
ΝΕΙΝΤ ΤΟΝΠ ΛΗϹ
ΓΟΥϹ ΕϹΠΡΟϹΟΔΙ
ΕΙ ΤΟΥΤΟΙΟΥΤΟ ΤΟ
ΑΙ ΤΗΡΙΑϹ ΟΥΔ ΤΑΤΟΝ
ΔΟΡΙΩΝΑΙΠΕΠΟΙΗ
ΟΥΔ ΙϹΕΙϹΤΟ ϹΑΝΤΙ
ΠΑΡ ΓΟΥϹΙΝ ΟΝ ΑΡΧΑϹ
ΕΙΤΕΠΙ ϹΥΝΙ
ΡΕϹ ΙΝΑΚΟΥΝ ΑΚΑΝΠΟ
ΛΥΛ ΑΙΤΟΙϹΕΞΩΘΕΝ
ΟΜΙ ΗΤΙΚΟΙ ΤΟΙ
ΦΡΟΝΗΜΑϹΙΝ ΚΑΙΚΑΤΑΦΡΟ

COL. I

Genn. Casanova dis. Ant. Casanova inc.

COLUMNA I.

. . . . κτησεως τοινυν εφεδρȣς εχω πολλȣς τε, και δυνατȣς, εαν παραδω λαβην αφελεσθαι τινι· ὡς ἑξω ἁπαντας ὑπεροχȣς μȣ, εαν αλλος αρξηται ὑπερεχειν· καθ' ἑν δηποτ' αυτον τροπον . . . . .

. . . .

. . . . . . καν πολυλαλιᾳ, και τοις εξωθεν ὁμιλητικοις λογοις, και τοις φρονημασιν, και καταφρονημασιν . . . .

possessionis proinde insidiatores habeo et multos, et validos, cum praebeo alicui ansam, ut mihi auferat; sic etiam habebo omnes praevalentes, si alius mihi coeperit praevalere. Eodem prope modo . . . . CAP. I.

Quibus rationibus se tuentur superbi.

. . . .

tum in multiloquio, tum in familiari de rebus minime pertinentibus sermone, tum in fastu, tum in aliorum contemptu. . . . .

ΑϹΔΟΞ
ΤΕϹ ΚΑΙϹ
ΙϹΧΥΝΟΜ
Μ ΤΗ ΝΗ ΤΑΔΕΔΟΥΛ
Ο ΑϹΩΜ ΤΑΚΑΙΠΑΝΤΕ
ΛΩϹ ΟΓΑΡ ΕΤΟΥϹΕΛΕΥ
Θ ΟΥϹ ΡΙΑϹΑΞΙΩΝ
ΤΙΠΡΟϹ
Τ ΝΥϹ
ΟΥΔΕ
ΕΙΝ ΙΝΩΚΑ
ΥϹΙΝ ΑΓΕΜΗΝ
ΝΟϹ
ΤΩΙ
ϹΘΑΙ
ΝΟΥ
ΑΛΛΩΝ
ΤΑ ΚΟϹΕϹ
ΘΑΙ ΚΑΤΑ
Π ΟϹ ΟΥΠΟΤΩΝ
ΗΓ ΙΓΑ
ΠΑΡϹ ΟΥΝ
ΠΛΕΙ ΤΩϹΙ
ΙϹ ΒΟΜΕ
ΠΟ ΗΦΥ ϹΑΙ
Ο ΡΟϹΤΩΝΟΥΔ ΚΕ
ΜΕΝΩΝΤ ΝΔΙΑΘΕϹΙΝ
ΝΓΑΡΕΞΗΜΕΝΠΡΟΥ
ΕΝΟ ΥΝΕΛΕϹΘΑ
ΒϹ ΜΗΔΕΙϹΑ
ϹΕΛΕΥΘΕΡΟΥϹΤΟΕΞΑΓ
ΚΕΡΕΞΕΔΙΚΑΓΓΕΛ
ΛΕΙΝΥ ΕΞΩΦΑΙΝ Ν
ΟΝΗ ΤΩΝ
ΚΑΙΤ ΚΕΡΙ ΙΑϹΟΥΤΕ

COL. II.

Genn. Casanova dis. — Luigi Corazza inc.

COLUMNA II.

. . . . . ταδε δουλευομενα σωματα και παντελως. Ὁ γαρ μηδε τους ελευθερους ελευθεριας αξιων.

. . . .

. . . προς των ουδε κεκτημενων την διαθεσιν. Εαν γαρ ἐξῃ μεν προυργου δουλευομενους συνελεσθαι δια φοβον, αλλα μηδεις αναγων τους ελευθερους το εξαγγελλειν ουκ ερεξε διαγγελλειν. Ὑπο δ᾽ εξω φαινομενων . .

. . . . servituti obnoxia corpora et totaliter. Is enim ne liberos quidem libertate dignos existimans: . . . . . .

. . . .

ad eos, qui nec dispositionem habent. Licet enim operae pretium fuerit servos in officio continere per timorem; attamen nemo, qui homines liberos instituit, negavit, iussa nunciare idem esse, ac iure nunciare. Ab iis autem, quae foris adparent . . . .

ADNOTATIONES.

V. 29. δικαγγελλειν. Compositum lexicis adhuc ignotum nil aliud significare posse videtur, quam *iure mandata exsequi.*

ΑΥΤΟΣ ΠΦΑ
ΝΟΣΟΛΩΣΔΕ
ΛΕΙΒΙΟΝ ΤΡΕΥ
Ν ΣΑΦΕΛΟΥΣΜΕΝΟΥΣ
Τ ΤΟΣΠΡΟΣΑΛΛΟΝΟΥ
ΔΙΑΤΙΘΕΜΕΝ ΑΝ
ΑΤΩΝ
Λ Ι
ΠΙΣ ΙΤΙΠΕ
ΠΙΔΑ ΝΑ
ΚΩΝΚ ΑΝΕΙΝ
ΑΝΕΠ ΟΤΙ
Τ ΤΟ
ΜΕΝΟΥ
ΤΑ ΔΗΤΑ
ΝΕΙΝ
ΤΟΤ ΣΥΝΚΗΙ
ΟΣΑΛΛ
ΡΑΣΚΕ ΗΠΟ ΛΑ
ΡΗΣΙ ΟΥΔΕΙΣ
Ω ΡΙ ΥΝ ΕΙΓΑΓΑΙ
ΑΣΚ ΣΜ ΝΟΙ
ΙΔΑΥ
ΝΕ ΚΟΤΩΝ
ΝΑΜΙΝ ΗΝΕΞΟΥ
ΑΙ ΔΙΚΟΥΝΤΑΙΤΕΓΑΡ
ΚΑΙΝΟΙΔΙΑΥΤ ΝΕΚΑ
ΟΥΤΗΝΑΙΤΙ ΝΕΙΣΑ ΥΣ
ΦΕΡΟΝΤΕΣ ΑΜΑΔΕΚΑΙ
ΝΟΙΒΟΥΛΟ ΑΙΠΑΝΤ
ΤΑΦΡΟΝ Ν ΠΛΗΝΕΚΕΙ
ΧΑΡ ΠΟΒΑΙΝΕΙ
ΙΚΑ Α ΛΩΤΑΠΑΡΕΧΕ
ΙΟΤΑΝΟΤΟΙΟΥΤΟΣ
ΕΙΠ ΝΠΡΟΣΑΛΛΟΥΣΥ

COL. . . III

Genn Casanova dis. Franc. Celentano inc.

COLUMNA III.

δυναμιν, η την εξουσιαν. Αδικουνται τε γαρ οἱ καινοι δι' αυτων ἑκαστου την αιτιαν εις αλλους αναφεροντες· ἁμα δε και καινοι βουλονται παντα καταφρονειν, πλην εκεινα, ἁ χαριεντ' αποβαινει, και καταναλωτα παρεχει. Και διοτι ὁταν τοιȣτος ανηρ ειπεν προς αλλȣς

CAP. II.

Superbi, cum novatores plerumque sint, si quid errant, in alios culpam transferunt.

vim, aut potestatem. ¶ Etenim iniuria per se ipsi novatores adficiuntur, qui cuiusque rei culpam in alios transferunt. Simul etiam novatores volunt omnia contemnere praeter illa, quae sibi grata obveniunt, etsi inutilia sint. Ac propterea cum homo huiusmodi dixerit ad alios....................

ADNOTATIONES.

V. 3. οἱ καινοι. Vox καινοι, quae aperte legitur in hoc versu, et inferius recurrit v. 6. non alio sane sensu adcipienda videtur, nisi ut indicet novatores; etsi apud lexicographos eo sensu adcepta minime inveniatur. Si enim *novos* homines Romano more adcipias, qui nempe parentes ciere non possunt, minime huic sententiae congruere agnosces. Contra vero *novatores* sunt illi, qui superbia adfecti vetera spernunt, et nova moliuntur: cum vero haec male succedant, in alios culpam transferunt. Eruditis autem viris iudicium esto.

ΑΝΘ Η
ΠΡΟ ΜΕ
ΣΕΩ Ι
ΩΣΑΙΚΑΙΒ Ν
ΕΙΝΑΙΦΑΝΟ
ΤΑ ΤΙΝΑ Η
ΕΙΣΜΑΥΤΟΝ
ΑΝΑΔΑΣ
Α ΟΛ
Λ
ΦΡΙ Υ Α
ΚΑΤ
ΣΤΙ ΦΑ
ΝΕΙ ΛΟ
ΓΙΣΜΟΙΣΑΛΛΑ Ε
Γ ΟΥΤΕΠ
ΑΞΙ ΚΑΤΑΦ ΩΣ
ΟΙΜ ΦΙΛΟΣΟΦ ΤΑ
ΛΟΙ ΕΝΘΕΜΑΤΙ ΤΙ
Ν ΑΙ ΛΥΜΑΣΜΟΥ
Κ ΜΗΣ ΟΙΤ ΛΟΥ
Θ ΑΚΡ ΝΕ ΑΙ ΚΑΙ ΩΝ
ΦΙ ΟΣΟΦΩΝΔ ΚΑΘΥΠΕ
ΗΦΑΝΕΙΠΕΡΙΩΝΑΠΟΠΛΗ
ΞΙΑΛΕ ΙΝΩΣΕΙΣΙΝΕΠΙ
ΤΗΔΕΙΟΙΚΑΤΑΦ ΟΝΕΙΣΘΑΙ
ΝΕΡΟΣΔΕΚΑΙΑΛΑΖΟ
ΝΕΥΟΜΕΝΟΣΕΣΤΙΚΑΙΦΙ
ΛΟΔ ΞΩΝ ΦΩΝΠΟΙΕΙΚΑ
Τ ΗΝΥΠΕΡΗΦΑΝΙΑΝΔ
Κ ΟΣΩΝΑ ΕΙ
ΕΙΠ ΦΡΟΝΕ ΛΗΝΕΙ

COL. IV

Genn. Casanova dis. Ant. Casanova inc.

COLUMNA IV.

. . . . και των φιλοσοφων δε καθυπερηφανει, περι ὡν αποπληξια λεγειν, ὡς εισιν επιτηδειοι καταφρονεισθαι. Φανερος δε και αλαζονευομενος εστι, και φιλοδοξων, εφ' ὡν ποιει κατα την ὑπερηφανιαν . . . .

. . . supra philosophos vero longe extollitur, de quibus stupide audet dicere eos esse homines despicabiles. Manifestus autem iactator est, et gloriae cupidus super his, quae agit superbia motus. . . . . . .

ΒΕΛΤΙΟΝΕΖΗΣΑΙ
ΤΕΚΑ ΝΑΡΧΗΝΔ
ΣΑΝ ΚΑΙΔΙΟΤΙΜΕΓΑΦΡΟ
ΝΕΙΝΕΠ ΤΟΥΤΟΙΣΟΥΚΑ Ι
ΟΝΑΛΛΕΠΙΤΩΦΕΡΕΙΝΑ Ο
ΛΟΙΚΩΣΑΥ- ΚΑΙΔΕΞΙΩΣ
ΟΠΕΡΟΥΠ ΑΞΙΩΣ
ΕΧΕΙΝΦ ΙΝΕΤΑ ΚΑΝΕΠΙ
ΛΑΒΗΤ ΤΙ ΟΣΕΞΟΥΣΙΑΣ
ΥΠΟΠΤΕΥΕΤΑ ΓΕΝ ΣΕ
ΣΘΑΙΠ Ι ΑΚ ΟΣ ΤΕΜΙ
ΚΡΟΝΕΡ ΩΝ ΕΡΓ ΟΝ
ΟΥΡ Ν
Τ Σ ΑΝΜΕΝ Η Δ
ΝΑΤΟΣΕ ΤΗ ΣΤ
ΥΠΟΤΩ ΤΟ Τ ΟΙ
ΔΟΚΟΙ Ω ΝΕ
ΣΘΑΙΤ ΑΚΑ ΝΤΗΙ
ΔΙΑΘΕΣΕΙΦΟΒΟΥΜΑΙΜΗ
ΠΟΤΟΥΚ ΜΕΤΑΘΕΣΕΩΣ
ΔΕ Θ Ι ΟΥ ΤΙΚΑΙ
ΤΗΣΕΝ Ε Ε ΑΝΟ
ΘΩΣΕΩ ΤΕΚΑΙΣΟΦΟΣΓΕ
ΝΕΣΘ ΤΟΓΑ Α ΡΟΝΕ
ΤΟΙΣΖΙ ΤΥΧΗΝΥ
ΝΟΥΣΙΓΙΝΕΤΑ ΕΘΑΥΜΑ
ΚΩ ΔΕΤΙΣΟΥΤΟ ΤΑΤΟΙΑΥ
ΤΑ ΗΚΙΣΤΟΝΑΠΕΧΕΙΤΟΥ
ΚΑΤΑΦΡΟΝΗΣΑΙΠΟΤΕΑΥ
ΤΩΝΚΑΙΠΕΙΣΘΗΝΑΙΤΟ Σ
ΚΑΘΑΥΤΩΝ ΜΑΔΟΥΔΕ
ΔΙΔΑΣΚ ΑΝΑΣΧΟΙ
ΤΑ ΟΥΧΟΤΙ ΚΡΙΤΟ
ΣΟ ΟΥ Κ ΠΡΑΓΜΑΤΑ
ΜΕ ΤΟΙΜΕΜΑΡΤΥΡΗΚΕΝ
Ο ΙΝΚΑΙ ΟΛΥΤΗΣΤΕ

COL. V

Genn. Casanova dis. *Luigi Corazza inc.*

COLUMNA V.

παιδα πριαμενος, μηδε τουτον προσερωτησαι, μητ' ανατιθεσθαι, καλειν δε παιδα, και μηθεν αλλο. και τον συναλειψαντα μη αντισυναλειφειν· και ξενισθεις μη αντιξενισαι· και θυραν αλλοτριαν κοπτων, επερωτησαντος, τις εστιν; μηδεν αποκρινεσθαι, μεχρι αν εξελθη. και ἁπλως γουν ταυτον επισκεπτομενου φιλου, μη λεγειν, πως εχεις; μηδ' αυτος επισκεπτομενος τινα τοιουτο τι προσεπερωτησαι· και γραφων επιστολην το χαιρειν μη προσγραψαι, μηδ' ερρωσθαι τελευταιον. Ὁ δ' Αυθεκαστος ου πανυ μεν εικαιος εστιν, ουδ' αλογος, ὥσπερ ὁ Αυθαδης, δι' οιησιν δε δοκουμενος φρονειν ιδιογνωμονων, και πειθομενος εν ἁπασιν κατορθωσεσθαι, ἁμαρτησεσθαι δ' αν ἑτερου κρισει προσχρησηται, μετεχων δε και υπερηφανιας· οιος μηδενι προσαναθεμενος αποδημειν, αγοραζειν, πωλειν, αρχην μετιεναι, τ' αλλα συντελειν· καν προσερωτηση τις, ὁ μελλει ποιειν, οιδ' εγω, λεγειν· καν μεμφηται τις, επιμειδιων, εμε συ; και παρακληθεις επι συνεδρειαν βουλευομενος, μη βουλεσθαι το δοκουν ειπειν, ει μη τουτο μελλει πραττειν· και παν γενος, οἱς αποτετευχε

. . . cum puerum emat, hunc neque interroget, neque aliquid mandet, sed puerum vocet, et nihil aliud; et ungentem non vicissim inungat; et hospitio exceptus non vicissim excipiat; et cum alienam portam pulset, interrogante famulo, quis est? nihil respondeat, donec is exeat; et nimia sane cum simplicitate, si amicus ipsum visitet, non dicat, quomodo te habes? neque si ipse alium visitet, aliquid simile interroget: et cum epistolam scribat, neque *salve* in principio, nec in fine adponat *vale*.

¶ Αυθεκαστος autem, hoc est, *qui se putat tantumdem valere, ac singuli omnes*, non omnino vanus est, nec absurdus, ut *sibi placens*. Sed quoniam propter magnam sui opinionem sibi videtur sapere, si proprio sensu omnia statuat, et persuasus est se recte in omnibus acturum, atque adeo erraturum, si alterius iudicio utatur, quippe participat etiam superbiae; ipse solus neminem consulens peregre proficiscitur, emit, vendit, imperium dimittit, et alia perficit: et si quis eum interroget, quid sit facturus, respondet: *ego novi*: et si quis eum accuset, inridens dicit: *tu me*? et si in concilium advocetur, ut sententiam suam proferat, quid sibi videatur, dicere recusat, nisi id, quod dixerit, sint facturi: et in omni rerum genere, ea, in quibus aberraverit. . . .

CAP. XIX. Quis dicatur αυθεκαστος.

V. 15. Χαιρειν. Ex his Philodemi verbis facile, ni fallor, dirimi lis potest, quae inter Laërtii interpretes exagitata est. Hinc enim non modo eruitur Philodemi aevo receptam vulgari usu salutandi formulam χαιρειν in epistolarum initio, sed etiam illam ipsam esse, quae olim Epicuro magistro, eiusque discipulis placuerit. Secus enim tam studiosus Epicuri sectator praeterire sine piaculo non poterat solemnem formulam, si diversa fuisset ab ipsis usurpata. Hinc ergo colligere licet Laërtii loca, ubi abiudicasse videtur Epicuro το χαιρειν, vel in mendo cubare, vel aliter esse interpretanda. Et re quidem vera ecquis sibi persuadeat Laërtium adeo laeva mente fuisse, qui *lib. III. segm.* 61. scripserit Platoni placuisse verbum ευπραττειν, Epicuro autem ευ διαγειν; mox vero *lib. X. segm. 14* dicat eidem Epicuro placuisse verbum ευπραττειν, και σπουδαιως ζην? tum ipsemet tres Epicuri epistolas referat, quae το χαιρειν praeferunt? *Quid hoc monstri!* iure exclamat Casaubonus in suis adnotationibus, *nam quis dicat, aut suspicetur in his tot locis vel* τυπογραφικον ἁμαρτημα, *vel librariorum*, *vel* μνημονικον *Laërtii?* Adde, quod idem Casaubonus observat, nempe in Epicuri morientis epistola, quam Tullius *lib. II. de Finib.* recitat, non nisi το χαιρειν fuisse inscriptum; quandoquidem is Latine vertit *salutem.* Vide, si lubet, quae fusius in hac solvenda quaestione adnotarunt Menagius, Gassendus, et Casaubonus in citatis Laërtii locis. Verum si, quid sentiamus, audire non piget, adcipe. Laërtius *lib. III. in Platone, segm. 61* eius scripta enumerans, inter alia sic habet: επιστολαι τρεισκαιδεκα ηθικαι, εν αἱς εγραφεν ευπραττειν· *epistolae tredecim, in quibus scripsit bene agere;* deinde legitur: Επικουρος δε ευδιαγειν, Κλεων χαιρειν: tum vero, ad quos missae illae tredecim fuerint, enarrat. Ecquis autem non agnoscit nihil ad rem facere verba illa, sed esse purum putum alicuius grammatici glossema, quod in textum ab imperito librario inductum fuerit? Vidit certe Menagius, qui l. c. adnotavit: *haec sapiunt additamentum.* A Laërtii igitur textu sunt expungenda. Quod vero is habet *lib. X. segm. 14* de Epicuro: και εν ταις επιστολαις αντι του χαιρειν, ευπραττειν, και σπουδαιως ζην αριστον, corrupta esse fere omnes eruditi agnoverunt, cum ibidem verbum deesse viderint, et pro verbo positum illud αριστον, quod nihili est. Si igitur ita se res habet, ego quovis pignore certaverim librarii oscitantia praepositionem αντι suo loco motam fuisse, atque legendum του χαιρειν αντι ευπραττειν, non contra. Id autem nobis suadet totus Laërtii contextus, ait enim: Επικουρος σαφης δ' ην οὑτως, ὡς και εν τῳ περι της ῥητορικης αξιοι μηδεν αλλο, η σαφηνειαν απαιτειν, και εν ταις επιστολαις αντι του χαιρειν ευπραττειν, και σπουδαιως ζην. *Adeo clarus in dictione erat, ut in libro de Rhetorica nihil aliud, quam perspicuitatem quaerendam censeret.* Et paullo superius dixerat: κεχρηται δε λεξει κυρια κατα των πραγματων: *utitur in rebus dictione propria.* Si ita est, amabo te, quid putas clarius potuisse in suis epistolis ab Epicuro efferri, qui το χαιρειν ultimum hominis finem esse censebat, omnibusque idcirco adprecandum, diceréne propria voce χαιρειν, an potius ευπραττειν, quod lato tantum sensu continere το χαιρειν valet? Quid vero quod idem Laërtius tres eius epistolas recitat, quibus το χαιρειν unice praeponit? Nonne hoc potius librarii ἁμαρτημα dicemus, et illud αντι loco non suo movebimus, ut salva sint omnia, et sibimet Laërtius constet?

Restat tamen evellendus alter scrupulus, quem eruditis ingerunt Luciani verba *De lapsu inter salutandum*, ubi legunt: Επικουρος ανηρ πανυ χαιρων, τῳ χαιρειν και την ἡδονην προς ἁπαντων αἱρουμενος εν ταις σπουδαιοτεραις επιστολαις (εισι δε αυται ολιγαι), και εν ταις προς φιλτατους μαλιστα ὑγιαινειν ευθυς εν τῃ αρχῃ προστατττει. Haec enim, si quam minima mutatione unius litterulae legas το pro τῳ χαιρειν, atque vertas: » Epicurus vir gaudens, » qui gaudium et voluptatem omnibus rebus praeferebat, in epistolis gravioribus (quae » sunt paucae), et quas praecipue ad amicissimos scripsit, *bene valere* statim in principio » iubet » nullum negotium facessunt. Esto, quod Lucianus ait: quid inde? Id fortasse Laërtium latuit, sed vulgatae eius lectioni nihilum favet; atque adeo confirmat το χαιρειν fuisse solemnem in Epicuri epistolis formulam, exceptis paucis, in quibus quacumque de causa praetulit το ὑγιαινειν.

V. 17. Ὁδ' Αυθεκαστος. In interpretanda hac voce insudarunt tam lexicographi, quam eruditi; prae ceteris Hesychius, qui reddit: Αυθεκαστος ακριβης, αυστηρος τῳ λογῳ, απαρακαλυπτος, η τῳ τροπῳ απλους, ελευθεριος, αξιοπιστος, αυταρεσκος. Quare Sallierius *ad Thom. Mag.* recte adnotat hoc nomen *ex eorum numero esse, quae modo in bonam, modo in malam partem adcipi possunt:* et ipsemet recitatis veterum scriptorum testimo-

niis docet. Idemque confirmat Vyttembachius *ad Plutarchi libellum de educatione puerorum.* Qui etiam huius vocis ετυμον conatur elicere, atque ait: *est ab αυτοεκαστος ipse solus, qui per se ipse spectatur, non aliis obsequi, solam veritatem sequi vult.* Stephanus vero ante ipsum, Budaeo auctore, reddiderat: *severus, natura rigidus, exacte rectum verumque persequens;* et de vocis origine sic subdit: *Vnde autem significationem adceperit hoc vocabulum, a nemine adnotatum reperio; quare nihil praeter divinationem meam hac de re adferre possum. Ea autem est: inde αυθεκαστος significare rigidum, quod, qui huiusmodi est, ea, quorum sibi reddendam rationem putat, αυτα ἑκαστα adcuratissime recenseat, et computet, timens, ne quid sibi numero elabatur. Sic certe Gallis de homine, qui nihil omnino sibi vult de suo iure decedere, dicitur:* il n'a garde de laisser passer treze pour douze. *Haec est inquam mea divinatio, quam qui non probabit, vicissim suam adferat.* Videamus nunc, an haec divinatio respondeat characteri του αυθεκαστου, qualem heic describit Philodemus. Αυθεκαστος, ait is, *non omnino vanus homo, nec absurdus est, ut sibi placens, sed, qui propter magnam sui opinionem sibi videtur sapere, si proprio sensu omnia statuat, et persuasus est se recte in omnibus acturum, atque adeo erraturum, si alterius iudicio utatur, quippe participat etiam superbiae;* deinde describit, quomodo in cunctis negotiis ex praeconcepta sui opinione superbiam exserat, et nemini unquam cedat; denique concludit: *nec huiusmodi nomen erubescit, cum ipsum vocant αυθεκαστον.* Quibus satis ostendit huiusmodi nomen pravo sensu adceptum vulgo fuisse, et vitio, non laudi vertendum etiam hominibus τῳ τροπῳ ἁπλοις, ελευθεριοις, αξιοπιστοις, propter superbiam, quae eos rigidos, et inflexibiles reddit. Idemque magis inferius confirmat Col. XIX., ubi incommoda, quae laboranti hoc vitio obveniunt, recenset, nempe ut necessario *in multarum rerum poenitentiam incidat, et contumelias colligat, et delirus adpelletur.* Quae cum ita sint, facile nos divinare posse videmur, saltem ex Philodemi mente, huius vocabuli originem, et significationem, ut scilicet αυτος ἑκαστος dicatur, *qui se tantumdem valere, quantum singuli omnes, autumat.* Quapropter sic reddendum putavimus. Utere, si lubet.

ΠΡΑΤΤΕ
ΤΕΛΕΙΝ ΚΑ ... ΕΠΙ ... ΕΘΥΜΗ
ΚΕΝΑΙΓΕΝΕΣΘΑΙΦΑΣΚΕΙΝΚΑΙ
ΜΗΔΥΣΩΠΕΙΣΘΑΙΤΟΥΝΟΜΑΚΑ
ΛΟΥΜΕΝΟΣΩΣΑΥΘΕΚΑΣΤΟΣ ... Α
ΛΑΚΑΙΕΤΙΠΑΙΔΑΡΙΑΛΕΓΕΙΝ ...
ΝΑΙΤΟΥΣΩΣΠΑΙΔΑΓΩΓΟΙΣΑ ...
ΛΟΙΣΠ...ΡΟΣΑΝΑΤΙΘΕΜΕΝΟΥΣ
ΚΑΙΜ...ΝΟΣΕΧΕΙΝΠΩΓΩΝΑΚΑΙ
ΠΟΛΙΑΣ ΚΑΙΖΗΝΔΥΝΗΣΕΣΘΑΙ
½ ΓΕΝΟΜΕΝΟΣΕΝΕΡΗΜΙΑΙ ... ΤΟΥ
ΤΟΥΔΕΤΙΧΕΙΡΩΝΕΣΤΙΝΟΠΑΝ
ΤΕΙΔΗΜΩΝΑΝΑΠΕΠΕΙΚΩΣΕ
ΑΥΤ ... ΟΤΙΠ ... ΝΤΑΓΙΝΩΣΚΕ ... Α
ΜΕΝΜΑΘΩ ... ΠΑΡΑΤΩΝΜΑΛΙ
Σ ... ΕΠ ... ΣΤΑΜΕΝΩΝΤΑΔΙΑ ... Ν
ΠΟΙΟΥΝΤΑΣΑ ... ΟΝΤΑΔΑΥΤΟΣ
ΕΠΙΝΟΗΣΑΣ ... ΥΤΟΥΚΑΣΤΙΤΟΙ
ΟΥΤΟΣ ΟΥΜΟΝΟΝΟΙΟΝΙΠΠΙΑΝ
ΤΟΝΗΛΕΙΟΝ ... ΦΟΥΕΡΕΙΠΛΑΤΩΝ
ΟΣΑΠΕΙ ... ΙΤΟ ... ΕΙΧΕΝΑΥΤΩΙ
ΠΕΠΟΙΗΚΕΝΑΙ ... ΛΕΓΕΙΝΑΛΛΑ
ΚΑΙΚΑΤΑΣΚ ... ΙΝΟΙΚΙΑΝΚΑΙ
ΠΛΟΙΟΝΔΙΑΥΤΟΥ ΚΑΙΧΩΡΙΣ
ΑΡΧΙΤΕΚΤΟΝΟΣ ΚΑΙΓΡΑΦΕΙΝ
ΣΥΝΘΗΚΑΣΕΑΥΤΩΙΔΕΟΜΕΝΑΣ
ΕΜΠΕΙΡΙΑΣΝΟΜΙΚΗΣ ΚΑΙΔΟΥΛΟΥΣ
ΙΔΙΟΥΣΙΑΤ ... ΜΗΜΟΝ ... ΝΕ
ΑΥΤΟΝ ΕΠΙΧΕΙΡΕΙΝΔΕΚΑΙΑΛ
ΛΟΥΣ ΚΑΙΦΥΤΕΥΕΙΝΚΑΙΦΟΡΤΙ
ΖΕΣΘΑΙΤΑΜΑΛΙΣΘΥΠΟΤΩΝΤΕ
ΧΝΙΤΙΚΩΤΑΤΩΝΚΑΤΟΡΘΟΥΜΕ
ΝΑΚΑΙΝΑΥΑΓΩΝΕΝΑΠΑΣΙΜΗ
... ΤΩΠΑΥΕΣΘΑΙΤΗΣΑ ... ΠΛΗ
ΞΙ ... ΟΙΟΣΔΕΚΑΙ ... ΝΜΑΘΗΜΑ
ΤΩΝΑΝΤΙΠΟΙΟΥΜΕΝ ...
ΤΩΝ ... ΗΜΟΝΕΙΝ ΚΑΙΤΟ ...
ΤΑΓΕΛΩΝΤΑΣΑΠΕΙΡΟΥΣΛΕ ... ΕΙ ...

COL. XVIII

Genn. Casanova dis. Luigi Corazza inc.

COLUMNA XVIII.

πραττειν προαιρεισθαι, και συντελειν, και ταδ' επιτεθυμηκεναι γενεσθαι φασκειν, ϗ μη δυσωπεισθαι τȣνομα, καλȣμενος ὡς Αυθεκαστος· αλλα ϗ ετι παιδαρια λεγειν ειναι τȣς, ὡς παιδαγωγοις αλλοις προσανατιθεμενȣς, ϗ μονος εχειν πωγωνα, ϗ πολιας, και ζην δυνησεσθαι γενομενος εν ερημιᾳ· Τȣτȣ δ' ετι χειρων εστιν ὁ Παντειδημων αναπεπεικως ἑαυτῳ, ὁτι παντα γινωσκει, τα μεν μαθων παρα των μαλιστ' επισταμενων, τα δ' ιδων ποιȣντας μονον, τα δ' αυτος επινοησας εξ αὑτȣ· κᾳστι τοιȣτος ȣ μονον, οἱον Ἱππιαν τον Ηλειον, εφ' οὗ ερει Πλατων, ὁσα περι του αυτȣ ειχεν, αυτῳ πεποιηκεναι λεγειν· αλλα ϗ κατασκευαζειν οικιαν, ϗ πλοιον δι' αὑτȣ, ϗ χωρις αρχιτεκτονος· ϗ γραφειν συνθηκας ἑαυτῳ δεομενας εμπειριας νομικης· ϗ δȣλȣς ιδιȣς ιατρευειν, μη μονον ἑαυτον, επιχειρειν δε ϗ αλλους· ϗ φυτευειν· ϗ φορτιζεσθαι τα μαλισθ' ὑπο των τεχνικωτατων κατορθȣμενα· ϗ ναυαγων εν ἁπασι, μηδ' οὑτω παυεσθαι της αποπληξιας. οιος δε ϗ των μαθηματων αντιποιȣμενος παντων, ασχημονειν· ϗ τȣς καταγελωντας απειρȣς λεγειν

......consulto id agere, et perficere sibi propositum fuisse ait, et exoptasse, ut ita eveniret; nec huiusmodi nomen erubescit, cum ipsum vocant *Authecaston*; quin etiam puerulos istos adpellat, utpote qui aliis paedagogis se tradunt; se vero solum ait barbam habere, et canos, et vivere posse in solitudine.

CAP. XX.

¶ Isto autem vel peior est *Omniscius*, qui sibi ipse persuadet omnia novisse, quia partim ab adprime doctis didicerit, partim quia viderit tantum ab aliis fieri, partim denique, quia proprio marte excogitaverit: et talis est, qui dicat, se non solum, ut Hippiam Eleum, de quo loquitur Plato, omnia, quae circa se haberet, sibimet elaborasse; sed etiam per se, et sine architecto domum, et navem instruere posse; et tabulas, quae legali peritia indigeant, conscribere; et propriis servis, ne dum sibi, mederi, et aliis etiam manus adhibere; et plantare; et suscipere ea praesertim opera, quae nonnisi a peritissimis artificibus felici geruntur successu: et licet in omnibus pessum eat, ne sic quidem a stupiditate cessat: et solus contra omnes disciplinas agit sine ulla verecundia; et qui ipsum derident, imperitos vocat

Αυθεκαστῳ peior est παντειδημων.

V. 19. 20. Ἱππιαν τον Ηλειον. Platonis testimonium, quod noster advocat, habes in dialogo, cui titulo Ἱππιας ἐλαττων, η περι Ψευδους. Videsis.

ΥΚΑΝΔΙ...
ΔΩΝΕΠΙΤΡΕΠΕΙΝ ΤΩΙΜΕΝ
ΟΥΝΑΥΘΑΔΕΙΤΑΤΕΚΤΗΣΟΙΗΣΕ
ΩΣΚΑΙΤΗΣΥΠΕ...ΗΦΑΝΙΑΣΚΑΙΥ
ΠΕΡΟΨΙΑΣΕΙΜΗΚΑΙΤΗΣΑΛΑΖΟ
ΝΕΙΑΣΔΥΣΧΕΡΗΠΑΡΑΚΟΛΟΥΘΕΙ
ΚΑΙΙΔΙΩΣΤΑΕΚΤΗΣΕΙΚΑΙΟΤΗ
ΤΟΣΚΑΙΤΑΔΙΑΤΗΣΟΡΓΗΣΤΟΥ...ΩΝ
ΟΙΣΟΥΤΩΠΡΟΣΦΕΡΕΤΑΙ ΚΑΙΤΟ
ΤΥΓΧΑΝΕΙΝΟΜΟΙΩΝΗΜΗΔΕΒΟΥ
ΛΟΜΕΝΩΝΕΙΣΟΤΙΔΗΠΟΤΕ...
ΝΩΝΗΜΑΣΥΝΚΑΤΑΒΑΙΝΩΝ
ΔΥΣΧΡΗΣΤΕΙΣΘΑΙΚΑΙΤΟΠΕΡΙ
ΜΑΙΝΟΜΕΝΟΥΠΑΝΤΑΣΦΕΡΕΣ
ΘΑΙΚΑΙΚΑΘΑΙΡΕΙΝΔΙΟΤΙΤΗΝ
ΚΑΚΙΑΝΕΧΕΙΝΑΥΤΟΝΥΠΟΝΟΟΥ
ΣΙΝ ΤΩΙΔΑΥΘΕΚΑΣΤΩΙΤΑ...Ε
ΠΑΡΑΤΑΣΑΤΟΠΙΑΣΕΞΩΝΜΕΜΕΙ
ΚΤΑΙΚΑΙΤΟΜΟΝΟΝΑΦΡΟΝΕΙΝ
ΟΤΙΜΟΝΟΣΟΙΕΤΑΙΠΕΡΙΠΑΝ
ΤΩΝΦΡΟΝΕΙΝ ΔΙΟΚΑΝΤΟΙΣ
ΠΛΕΙΣΤΟΙΣΑΠΟ...ΥΓΚΑΝΕΙΝΚΑΙ
ΕΠΙΧΑΙΡΕΣΘΑΙΜΕΤΑΚΑΤΑΓΕ
ΛΩ...ΟΣΥΠΟΠΑΝΤΩΝΚ...
ΔΕΒΟ...ΘΕΙΣΘΑΙ ΚΑΙΜΗΔΕΤΩΝ
ΣΟΦΩΝΑΝΑΜΑΡΤΗΤΩΝΕΙΝΑΙ
ΛΕΓΟΝΤΩΝΜΗ...ΑΠΡΟΣΔΕ...
ΤΩΝΣΥΜΒΟΥΛΙΑΣΤΟΥΤΟΝΥΠΕΡ
ΑΥΤΟΥΣΝΟΜΙΖΟΝ...ΑΦΡΟΝΕΙΝ
ΕΞΑΝΑΓΚΗΣΚΑΚΟΔΑΙΜΟΝΕΙΝ
ΛΗΡΕΙΝΔΕΚΑΙΔΙΟΤΙΤΗΝΚΟΙ
ΝΩΣ...ΥΝΕΣΙΝΟΙΕΤΑ...ΠΕΡΙΠΕ
ΠΟΙΗΣΘΑΙΤΑΤΩΝΙΔΙΑΣΕΜΠΕΙ
ΡΙΑΣΕΧΟΝΤΩΝΚΑΙΜΕΤΑΜΕΜΕ
ΛΙΣΘ...ΙΠΟΛΛΩ...ΕΞΑΝΑ...ΚΗΣ
ΕΝΚΥΡΕ...ΝΚΑΙΛΟΙΔΟΡΙΑΣΚΑΡΠΟΥ
...ΘΑΙΚΑΙΠΡΟΣΚ...ΡΩΝ

COL. XIX

Genn Casanova dis   Ant. Casanova inc.

COLUMNA XIX.

. . . . . ουκ αν δια των παιδων επιτρεπειν. Τω μεν ουν Αυθαδει τα τ' εκ της οιησεως, και της υπερηφανιας, και υπεροψιας, ει μη και της αλαζονειας δυσχερη παρακολουθει, και ιδιως τα εκ της εικαιοτητος, και τα δια της οργης τουτων, οις ουτω προσφερεται, και το τυγχανειν ομοιων, η μηδε βουλομενων, εις οτι δηποτε κοινωνημα συγκαταβαινων δυσχρηστεισθαι, και το περι μαινομενου παντας φερεσθαι, και καθαιρειν, διοτι την κακιαν εχειν αυτον υπονοουσιν. Τω δ' Αυθεκαστω ταγε παρα τας ατοπιας, εξ ων μεμικται, και το μονον αφρονειν, οτι μονος οιεται περι παντων φρονειν· διο καν τοις πλειστοις αποτυγχανειν, και επιχαιρεσθαι μετα καταγελωτος υπο παντων, και μηδε βοηθεισθαι· και μηδε των σοφων αναμαρτητων ειναι λεγοντων, μηδ' απροσδεκτων συμβουλιας, τουτον υπερ αυτους νομιζοντα φρονειν εξ αναγκης κακοδαιμονειν· ληρειν δε και, διοτι την κοινως συνεσιν οιεται περιπεποιησθαι τα των ιδιας εμπειριας εχοντων· και μεταμελεσθαι πολλων εξ αναγκης εγκυρειν, και λοιδοριας καρπουσθαι, και προσκαλεισθαι ληρων

. . . non per pueros procurare.

CAP. XXI. Quibus incommodis obnoxius sit αυθαδης.

¶ *Sibi placentem* igitur omnia ea incommoda sequuntur, quae ex nimia sui aestimatione, ex superbia, atque ex aliorum contemptu, nisi velis etiam ex iactantia originem trahunt; et proprie, quae ex sua vanitate, atque ex indignatione illorum, adversus quos sic se gerit; ut et sibi par pari reddatur, vel id, quod nollet, ut in quemcumque conventum se insinuet, male adcipiatur, et in eum, ut furentem omnes ferantur, et insectentur; quoniam maligno ipsum morbo laborare opinantur.

CAP. XXII. Quae incommoda sequantur αυθεκαστον.

¶ *Authecastum* vero haec eadem sequuntur propter absurditates, quibus implicatur; ut scilicet ipse solus desipiat, quia ipse solus sibi sapere in omnibus videtur; quo fit, ut in pluribus aberret, et omnes de eius erratis gaudeant, et inrideant, neque auxilium ab ullo obtineat: et cum neque sapientes se impeccabiles esse dicant, neque consilio non indigere; is, qui prae istis sapere arbitratur, infelix ex necessitate debeat esse; nec non delirare, quoniam communem sibi sensum comparasse putat propriis experimentis; et necessario in multarum rerum poenitentiam incidere, et contumelias colligere, et delirum adpellari. . . . .

ΦΑCΘ ... ΘΡΩΠ
ΩΝΑΝΘΡΩΠ ... ΚΕΙΝΧΡΕΙ
ΑΝ ΟΔΕΠΑΝΤΕΙΔ ... ΜΩΝΑΜΑ
ΤΟΙCΕΙΡΗΜΕΝΟΙCΠΑCΙΚΑΙΜΑΡ
Γ..ΤΟΜΑΝ..CΕCΤΙΝ ΕΙΚΑΙΤΟΝ
ΟΝΤΩCΠΟΛΥΜΑΘΕCΤΑΤΟΝΠΡ
ΑΓΟΡΕΥΟΜΕΝΟΝΟΙΕΤΑΙΠΑΝΤΑ
ΔΥΝΑCΘΑΙΓΙΝΩCΚΕΙΝΚΑΙΠΟΙ
ΕΙΝΟΥΧΟΙΟΝΕΑΥΤΟΝ ΟCΕΝΙΟΙC
ΟΥΔΕΝΤΙΦΩΡΑΤΑΙ ΚΑΤΕΧΩΝ
ΚΑΙΟΥCΥΝΟΡΩΝΟΤΙΠΟΛΛΑΔΕΙ
ΤΑΙΤΡΙΒΗCΑΝΚΑΙΑΠΟΤΗCΑΥ
ΤΗCΓΙΝΗΤΑΙΜΕΘΟΔΟΥΚΑΘΑ
ΠΕΡΤΑΤΗCΠΟΙΗΤΙΚΗCΜΕΡΗ ΚΑΙ
ΔΙΟΤΙΠΕΡΙΤΟΥCΠΟΛΥΜΑΘΕΙC
ΟCΜΑΙΜΟΝΟΝΕΙCΙΠΟΛΛΩΝΟΥ
ΚΑΤΟ.ΑΙ ΚΑΙΤΑΠΟΤΕΥΓΜΑΤΑ
ΠΕΡΙΕCΤΙΝ ΤΩΝΠΑΙΔΕΥΜΑ.
ΤΩΝΟΥΤΑΚΑΤΟΡΘΩΜΑΤΑ ΚΑΙ
ΠΑΝΘΟCΑΤΟΙC ΤΟΙΟΥΤΟΙCCΥΜ
ΒΑΙΝΕΙΝΑΝΕΛΟΓΙΖΟΜΕΘΑ ΚΑΙ
ΔΙΟΤΙΠΟΛΛΑΓΙΝΩCΚΕΙΝΩΝ
... ΕΚΑΥΧΑΤΟ ΚΑΙΤΟΠΑ
.ΑΠΛΗ..ΟΝΠΑΝΓΕΝ ΟCΟΝΕΙ
ΔΗΜΑΛΛΟΝΕ..ΤΙΝΗΠΕΡΕΓΚΩ
ΜΙΑ ΚΑΙΤΙΓΑΡΔΕΙΤΑΛΛΑΠΕ
ΡΙΛΗΡΟΥΝΤΩΝΛΕΓΕΙΝ ΩCΟΤΑΝ
ΑΤΥΧΗCΩCΙΦΩΡΩΝΤΑΙΚΑΤΑ
ΦΕΥ..ΟΝΤΕCΕΠΙΤΟΥCΤΥΧΟΝ
ΤΑCΚΑΙΤΩΝΕ..ΑΧΙCΤΩΝΕΛΑΤ
ΤΟΥCΑΥΤΟΥCΕΙΝΑΙΠΡΟCΟΜΟ
ΛΟΓΟΥCΙΝ ΟΜΕΝΟΥΝΥΠΕΡΗ
ΦΑΝΟCΚΑΙΥΠΕΡΟΠΤΗCΕCΤΙΝΟ
..ΥΠΕΡΟ..ΤΗCΟΥΠΑΝ..ΩCΚΑΙΥ
ΠΕ..ΗΦΑΝΕΙΚΑΙΑΠΑ..ΤΑΔΙΑΤΟ
... ΗΡ ... CΤΙΝΟΤΕΤΑ
... ΕΙΝΑ ... ΠΕΦΥΚΕΔΟΥ

COL. XX

Genn. Casanova dis. Franc. Celentano inc.

COLUMNA XX.

. . . . . , ... ανθρωπος
ων, ανθρωπων δει εχειν χρει-
αν. Ο῾ δε Παντειδημων ἁμα
τοις ειρημενοις πασι και μαρ-
γοτομανης εστιν, ει και τον
οντως πολυμαθεστατον προ-
αγορευομενον οιεται παντα
δυνασθαι γινωσκειν, και ποι-
ειν, ȣχ οἱον ἑαυτον, ὁς ενιοις
ουδεν τι Φωραται κατεχων,
και ȣ συνορων, ὁτι πολλα δει-
ται τριβης, αν και απο της αυ-
της γινηται μεθοδȣ, καθα-
περ τα της ποιητικης μερη· και
διοτι περι τȣς πολυμαθεις
οσμαι μονον εισι πολλων, ȣ
κατοχαι, και τ᾽ αποτευγματα
περιεστιν των παιδευμα-
των, ȣ τα κατορθωματα· και
πανθοσα τοις τοιȣτοις συμ-
βαινειν αν ελογιζομεθα. Και
διοτι πολλα γινωσκειν, ὡν
῾εικη τις εκαυχατο, και το πα-
ραπλησιον παν γενος, ονει-
δη μαλλον εστιν, ηπερ εγκω-
μια· Και τι γαρ δει τ᾽αλλα πε-
ρι ληρȣντων λεγειν, ὡς ὁταν
ατυχησωσι, Φωρωνται κατα-
Φευγοντες επι τȣς τυχον-
τας, και των ελαχιστων ελατ-
τȣς αυτȣς ειναι προσομο-
λογȣσιν; Ο῾ μεν ȣν Υ῾περη-
Φανος, και Υ῾περοπτης εστιν· ὁ
δ᾽ Υ῾περοπτης ȣ παντως και ὑ-
περηΦανει· και ἁπαντα δια το

CAP. XXIII.

Quibus malis obviam it Παντειδημων.

homo cum sit, necesse est, hominibus indigeat. ¶ *Omniscius* autem simul cum hisce omnibus, quae diximus, incommodis, est etiam stolide furens, etiamsi putet hominem, qui recte multiscientissimus adpellatur, omnia posse cognoscere, et facere, non seipsum solum, qui in aliquibus nihil omnino deprehenditur comprehendere; nec animadvertit, quod multae disciplinae egent exercitatione, etiamsi secundum veram methodum tractentur, uti sunt partes poëtices: et propterea apud multiscios multarum rerum odores tantum sunt, non comprehensiones, et aberrationes potius disciplinarum, non rectae institutiones: nec non alia omnia sequuntur incommoda, quae ad tales viros pertinere disputavimus. Quapropter multa cognoscere, de quibus temere aliquis gloriatur, et plus minus omne rerum genus, opprobria potius sunt, quam encomia. Quid autem opus est alia de hisce nugatoribus dicere, si, cum in adversum casum incidunt, deprehendantur ad viles quosque homines confugere, et se minimis minores esse profiteantur? ¶ Ceterum Superbus est etiam Contemptor: Contemptor vero non omnino etiam Superbus; et omnia propter. . . . . .

CAP. XXIV.

Licet Superbus sit semper Contemptor; non omnis Contemptor est Superbus; sunt enim qui merito contemnuntur, ut Σεμνοκοποι et Βρενθυομενοι.

...ΗΝΕΠΑΙΝΟ...ϹΑΞΙΑΝ
ΕΧΟΝΤΑΜΕΤ...ΤΙΝΟϹΑΥϹΤΗ...
ΑϹΤΟΝΔΕϹΕΜΝΟΚΟΠΟΝΚΑΙ...Ο
ΤΕΚΑΙΝΥΝΠΑΝΤΩϹΨΕΓΟΝΤΕϹ
ΩϹΕΠΙΦΑϹΚΟΝΤΑΤΟΝΕΙΡΗ
ΜΕΝΟΝΚΑΙΠΡΟϹΠΟΙΟΥΜΕΝΟΝ
ΕΙΝΑΙΤΟΙΟΥΤΟΝΕΝΤΟΙϹΟΧΛΟΙϹ
ΚΑΙΔΙΑΤΩΝΛΟΓΩΝΟΝϹΕΜΝΟ
ΜΥ...ϹΙΝΕΛΕΓΟΝΚΑΙ...Η
ΜΑΤΙΤΟΥΠΡΟϹΩΠΟΥΚΑΙΤΩΝ
ΟΜΜΑΤΩΝΚΑΙΠΕΡΙΒΟΛΗΙΚΑΙ
ΚΙΝΗϹΕΙΚΑΙΤΑΙϹΚΑΤΑΤΟΝΒΙ
ΟΝΕΝΕ...ΓΕΙΑΙϹ ΚΑΙΒΡΕΝΘΥΕ
ϹΘΑΙΔΕΚΑΙΒΡΕΝΘΥΟΜΕΝ...Ν
ΩΝΟΜΑΖΟΝΚΑΙΕΤΙΝΥΝΟΝΟ...
ΜΑΖΟΥϹΙΝ ΕΙΤΑΠΟΤΟΥΠΑΡΑ
ΔΕΔΟΜΕΝΟΥΘΥΜΙΑΜΑΤΟϹΗ
ΜΥΡΟΥΤΩΝ...ΕΩΝΒΡΕΝΘΥΟϹ
ΩϹΚΑΘΗΜΑϹΚΑΙΜΙΝΘΩΝΟϹΑ
ΠΟΤΗϹΜΙΝΘΗϹ ΕΙΤΑΦΟΤΟΥΔΗ
ΠΟΤΕΤΟΝΑΠΟΤΗϹΕΙΡΗΜΕΝΗ...
ΔΙΑΘΕϹΕΩϹΚΑΤΕΜΒΛΕΠΟΝ
ΤΑΠΑϹΙΝΚΑΙΠΑΡΕΜΒΛΕΠΟΝΤΑ
ΚΑΙΤΗΙΚΕΦΑΛΗΙΚΑΤΑϹΕΙΟΝ
ΤΑΚΑΙΚΑΤΑΖΜΙΚΡΙΖΟΝΤΑ
ΤΟΥϹΑΠΑΝΤΩΝΤΑϹΗΤΟΥϹΩΝ
ΑΝΤΙϹΜΝΗΜΟΝΕΥϹΗΙΚΑΝ
ΩϹΙΤΩΝΜΕΓΑΛΩΝΕΙΝΑΙΔΟ
ΚΟΥΝΤΩΝ ΜΕΤΑΔΙΑϹΥΡΜΟΥ
ΚΑΙΜΟΛΙϹΠΟΥΒΡΑΧΕΙΑϹΑΠΟ
ΚΡΙϹΕΩϹΥΠΕΡΟΧΗΝΙΔΙΑΝΕΝ
ΦΑΙΝΟΥϹΗϹΑΛΛΟΥΔΟΥΔΕΝΟϹ
ΑΡ...ΝΕΜΠΟΙΟΥϹΙΝ...ΟΙ
ΟΝΟΑΡΙϹΤΟΦΑΝΗϹ...ΒΡΕΝΘΥ
...ΕΝ...ΑΙϹΙΝΟΔΟΙϹΚΑΙΤΩ...
...ΘΑΛΜΩΠΑΡΑΒΑΛΛΕΙϹΕΚΩ
...ΔΕΙ...ΔΕΙΡΩΝΩϹΕΠΙΤΟ
...ΘΙϹΤΟΝΑΛΑΖΟΝΟϹΕΙΔΟϹ

COL. XXI

Genn. Casanova dis.

Ant. Casanova inc.

COLUMNA XXI.

τον επαινου οντως αξιαν εχοντα μετα τινος αυστηριας· τον δε Σεμνοκοπον και τοτε, και νυν παντως ψεγοντες, ως επιφασκοντα τον ειρημενον, και προσποιουμενον ειναι τοιουτον εν τοις οχλοις, και δια τον λογον, ὸν σεμνομυθουσιν ελεγον; και τω σχηματι του προσωπου, και των ομματων, και περιβολη, και κινησει, και ταις κατα τον βιον ενεργειαις· και βρενθυεσθαι δε, και βρενθυομενον ωνομαζον, και ετι νυν ονομαζουσιν (ειτ' απο του παραδεδομενου θυμιαματος, η μυρου των Θεων βρενθυος, ὡς καθ' ἡμας και μινθωνος απο της μινθης, ειτ' αφ' ὁτου δηποτε) τον απο της ειρημενης διαθεσεως κατεμβλεποντα πασιν, και παρεμβλεποντα, και τη κεφαλη κατασειοντα, και κατασμικριζοντα τους απαντωντας, η τους, ὧν αν τις μνημονευση, καν ωσι των μεγαλων ειναι δοκουντων, μετα διασυρμου· και μολις που βραχειας αποκρισεως ὑπεροχην ιδιαν ενφαινουσης· αλλου δ' ουδενος αρειον' αν εμποιουσιν. Ὁμοιον ὁ Αριστοφανης· ὁτε βρενθυῃ τ'εν ταισιν ὁδοις, και τω 'φθαλμω παραβαλλεις· εκωμωδει δ' ὡδ' ειρωνως επι το εχθιστον αλαζονος ειδος

Natura autem ita comparati sunt homines, ut admirentur, qui verae laudis dignitatem habet cum quadam severitate coniunctam; sed eum, qui alios adfectata gravitate fatigat, et olim, et nunc omnino vituperent, utpote qui se talem esse manifestat, qualis adpellatur, et talem se ostentat in coetibus tum sermone lamentabili, quem isti mystica gravitate proferunt, tum oris et oculorum habitu, tum amictu, et incessu, et reliquis vitae actibus: ipsumque *Brenthyum* redolere, et *Brenthyo* delibutum dicebant, et adhuc hodie dicunt (sive quia *Brenthyus* ab oblato thymiamate, vel unguento Deorum dicatur, ut apud nos etiam a stercore stercorosus, sive a quacumque alia origine) eum, qui ex hac dicta animi dispositione deiectis oculis omnes despicit, ac praeterit, et capite nutat, et quicumque ipsi obviam fiunt, vel quorum aliquis mentionem fecerit, vilipendit; etiamsi fuerint eorum, qui in magna sunt aestimatione, ipsis detrahendo; et vix aliquando brevem adhibet responsionem, quae propriam animi elationem indicet; hunc nullo alio meliorem faciunt. Ita prorsus Aristophanes: *quum Brenthyo delibutus in hisce viis incedis, et oculo percurris.* Ludebat autem hoc pacto Comicus ironice infensissimum iactatoris adspectum.

V. 3. σεμνοκοπον. Vox optimae notae, ignota adhuc lexicographis.

V. 13, 14. βρενθυεσθαι δε και βρενθυομενον. Haec verba, quae cum Grammaticis omnibus derivat Noster a βρενθυος, procul dubio sunt απο του βρενθου: quid autem proprie significet βρενθος, id dubium usque a Philodemi aevo fuisse adparet. Ait enim hic τον βρενθυον dictum fuisse ειτ' απο του παραδεδομενου θυμιαματος, η μυρου των θεων, ειτ' αφ' οτου δηποτε h. e. *vel a thymiamate, vel ab unguento diis oblato, vel ab alia quacumque re.* Et quidem Suidas ait βρενθος esse *unguenti speciem, quibus unctae mulieres fastum animo concipiunt:* βρενθος ειδος μυρου, ῳ χριομεναι αἱ γυναικες μεγαφρονουσι. Athenaeus vero *lib. XV* inter varias unguentorum species enumerat βρενθυον, citans Pherecratis carmen, tum βασιλειον μυρον dictum a Crate, tum denique a Sappho dictum βρενθυον βασιλειον, *brenthyum regale*, ut indicet unum idemque esse unguentum sic dictum. Ita enim Eustathius tradit βρενθυον dici μυρον τι περιαδομενον *unguentum quoddam decantatum*: et Helladius apud Photium, qui ait βρενθυον εστι μυρον· οἱ γαρ αλαζονευομενοι, και βρενθυομενοι μυρῳ χρησθαι ειωθεισαν, quod sane ridiculum est, *jactatores fuisse solitos ungi unguento*. βρενθος igitur non est unguentum, ut ait Suidas, sed id, per quod sic dicitur; sicuti αμαρακος, κροκος, ῥοδον, non sunt unguentorum nomina, sed materia unde unguentum αμαρακινον, κροκινον, ῥοδινον conficiebatur. Videamus nunc, quid habeat Hesychius. Is βρενθον reddit τυμβον, seu potius τυφον, ut adnotat Stephanus h. v. βρενθος enim, teste Eustathio, adcipitur επι ὑπερηφανιας, aeque ac τυφος; itemque apud Athenaeum sub finem lib. 13. Dipnosophista ait: πολλα εστι τα λεχθεντα δια τον βρενθον ὑμων τον πολυν, ω φιλοσοφοι· *adversus nimium fastum vestrum multa commemorantur, o philosophi.* Iam vero τυφος, quod est a τυφω, *fumum edo*, nonnisi metaphorice *fastum* denotat, proprie autem *fumum*, ut proinde synonyma dicenda sint βρενθος, et τυφος.

Cur autem βρενθος idem sonet, ac τυφος, explicare nititur Etymologus, qui huiusce vocis ετυμον elicere satagens, inter alia scribit, το βρενθυεσθαι idem esse, ac δια θυμον μετεωριζεσθαι, οργιζεσθαι, θυμουσθαι, δυσχεραινειν, h. e. *animo extolli, irasci, indignari;* deinde ετυμολογιαν sic reddit: παρα το μετα βαρους θυειν, ὁ εστιν ὁρμαν. Gratias quidem Etymologo debemus, quod hoc ετυμον procul dubio a priscis Scholiastis adceptum nobis servaverit; sed bona eius pace dixerim, male interpretatus est, quum μετα βαρους θυειν explicavit ὁρμαν, *impetum facere*. Etsi enim θυειν aliquando significet *cum impetu ferri*, quod est ὁρμαν, id tamen cum *gravitate*, μετα βαρους minime congruit; impetus enim gravitati opponitur. At si verbum θυειν, unde est θυμιαμα, primario sensu adcipiatur pro *sacrificare*, *thus adolere*, *suffire*; id certe cum gravitate congruit. Si igitur βρενθος dicitur παρα το μετα βαρους θυειν, h. e. *cum gravitate numina adolere*; hinc profecto est, quod βρενθος *thymiamatis fumum*, *sive suffitum* significet, iuxta Etymologorum mentem: atque adeo idem est ac τυφος *fumus*, et metaphorice *fastus*.

Huc autem respexisse Philodemus noster videtur, cum inter varias του βρενθυς derivationes primo loco posuit απο του παραδεδομενου θυμιαματος: atque adeo per ipsum βρενθυοι, et βρενθυομενοι iidem sunt, ac σεμνοκοποι, qui adfectata gravitate alios mactant; quippe sic se gerunt, quasi Numina thymiamatum fumo perfusa. Βρενθυεσθαι igitur per Philodemum est sic se gerere, quasi Numina thymiamatis fumo perfusa, eodem prope pacto, quo nos Itali dicimus *incensare*, et Galli *encenser* pro *adulari*.

V. 19. μινθωνος. derivatum adhuc lexicographis ignotum.

V. 34, 35, 36. Celeberrimum Aristophanis locum in Socratem Nub. v. 361 heic recitat Noster, veramque eius lectionem αυτογραφος exhibet. Ex quo vides legendum esse παραβαλλεις, non παραβαλλῃ, vel παραβαλλει, ut censuit Menagius; quem vide, si lubet, in notis ad Laërtii lib. II, segm. 28.

ΙΑΝΟΕΙ
ΟΝ ΛΑΚΑΙΤΑΝΑΝ ΑΜΑΛ
ΛΟΝΩCΤΕΠΑΙΝΕΙΝΟΝΨΕΓΕ
ΙΕΙΝΟΥΝΔΕΚΑΙΨΕΓΕΙΝΕΑΥ Ν
ΤΕΚΑΙΤΟΥCΟΙΟCΕCΤΙΝΕΙΩΘ Ν
ΠΡΟCΟΝΔΗΠΟΤΕΧΡΟΝΟΝΜ
ΤΑΠΑΡΕΜΦΑCΕΩCΩΝΒΟΥΛ Ν
CΥΝΕΠΙΝΟΕΙΤΑΙΔΑ ΤΩΙΚΑ
ΔΕΙΝ ΤΗCΕΝΤΩΙ ΜΑ
ΚΑΙΠΙΘΑΝΟΤΗCΕC ΝΔΕΤ
ΟΥΤΟCΟΙΟCΤΑΠΟΛ ΜΩΚ
ΘΑΙΚΑΙΜΟΡΦΑΖΕΙΝ ΑΙΜΕΙ
Α ΚΑΙΥΠΑΝΙCΤΑC ΙΤΙCΙ
ΕΠΙCΤΑCΙΝΑΦΝΩΙΛ ΤΑΝΑΠ
ΔΗCΕΩCΚΑΙΑΠΟΚΑΛΥΨΕΩ
ΚΑΙΜΕΧΡΙΠΟΛΛ ΝΩΝΕ Ι
ΟΙCCΙΩΠΑΝ ΚΑΝΕΠΑΙΝΗ Τ C
ΑΥΤΟΝΗΚΕΛΕΥΗΤΙΚΕΛΕΥΕΙ
ΗΜΝΗΜΟΝΕΥ ΗCΕCΘΑΙΦΩCΙ
ΑΥΤΟΝΕΠΙΦΩΝΕΙΝ ΕΓΩΓΑΡ
ΟΙΔΑΤΙΠ ΤΟΥΤΟΥΟΤΙ
ΔΕΝΟΙΔΑΚΑΙΤΙCΓΑΡ ΜΩΝ
ΓΟCΚΑΙΕΙΔΗΤΙCΗΜ ΝΕCΤΑ
ΗCΙΑ ΚΑΙΠΟΛΥΕ ΝΑΙΤ
Λ ΚΑΡΙ Ι CΦ ΩCΟΙ
ΤΙΝΕCΗΤΗCΔΥΝΑΜΕΩCΗΤ
ΤΥΧΗCΚΑΙΜΗΨΙΛΩCΟΝΟΜΑ
ΖΕΙΝ ΑΛΛΑΦΑΙΔΡΟCΟΚΑΛΟ
ΚΑΙΛΥCΙΑCΟCΟΦΟC ΚΑΙΡΗΜΑ
ΤΑ ΦΙΒΟΛΑΤΙΘΕΝΑΙΧΡ
ΗΔΥΝΑΦΕΛΗΓΕΝΝΑΙΟΝΑΝ
ΟΝ ΚΑΙΠΑΡΕΠΙΔΕΙΚΝΥCΘ
ΜΕΝΩCCΟΦΑΠΡΟCΑΠΤΕΙΝ
ΩCΑCΠΑCΙΑΚΑΙ
ΧΩΙCΩΚΡΑΤΗ ΚΑΙΠΡ
ΥCΕΚΤΩΝΑΡΧΑΙ ΕΙ
ΠΟΛΥΟΜΕΝΟΥCΕΔΟΚΙΜ

COL. XXII

Gem. Casanova dis. Franc. Celentano inc.

COLUMNA XXII.

. . . αλλα και ταναντια μαλλον, ὡστ' επαινειν, ὁν ψεγει, ταπεινουν δε, και ψεγειν ἑαυτον τε, και τȣς οἷς εστιν ειωθεναι, προς ὁν δηποτε χρονον μετα παρεμφασεως ων βȣλεται. Συνεπινοειται δ'αυτῳ και δεινοτης εν τῳ λογισματι, και πιθανοτης· εστιν δε τοιȣτος, οἱος τα πολλα μωκασθαι, και μορφαζειν, και μειδιαν, και ὑπανιστασθαι τισιν επιστασιν αφνω μετ' αναπειδησεως, και αποκαλυψεως, και μεχρι πολλων φωνων, επι οἱς σιωπαν. Καν επαινη τις αυτον, η κελευη τι λεγειν, η μνημονευθησεσθαι φωσιν, αυτον επιφωνειν· εγω γαρ οιδα τι πλειον τȣτȣ, ὁτι ȣδεν οιδα; και τις γαρ ἡμων λογος, και ειδη τις ἡμων εσται γνησια; Και πολυ ειδεναι τινας δια καρτος της φυσεως, οἱον και τινες η της δυναμεως, η της τυχης· και μη ψιλως ονομαζειν, αλλα Φαιδρος ὁ καλος, και Λυσιας ὁ σοφος· και ῥηματ' αμφιβολα τιθεναι, χρηστον, ἡδυν, αφελη, γενναιον, αναιτιον· και παρεπιδεικνυσθαι μεν ὡς σοφα, προσαπτειν δε ευλογως, ὡς Ασπασια, και τῃ αλοχῳ Σωκρατης· και πρωτιστους εκ των αρχαιων ειναι πολυωνυμους εδοκιμασεν

. . . . . quin etiam contraria potius illis, quae is adserit, *opinantur*; ita ut potius is laudet, quem vituperat, et deprimat, ac vituperet se ipse; et eos, quibuscum consuescere potest, quocumque tempore vult eos emphatice collaudare. ¶ Simul autem sibi adesse opinatur et magnam ratiocinandi vim, et persuadendi. Talis porro est, ut plerumque aliis illudat, et subsannet, et subrideat, et insurgat repente in eos, qui praesunt, sine respectu, et cum manifesta insolentia, et usque ad multos clamores, postea vero taceat: et si quis ipsum laudet, vel iubeat aliquid dicere, vel memoria ipsum fore dignum dicat, ipse inclamat: *numquid amplius ego novi, quam quod nihil novi? ecquis enim noster sermo, aut quaenam idea vera erit?* Et aliquos *ait* esse multiscios propter naturae robur, aeque ac alios propter virtutem, vel fortunam: nec aliquem sine epitheto adpellat, sed ait: *Phaedrus pulcher, Lysias sapiens*: et verba ambigua usurpat, uti bonum, dulcem, simplicem, ingenuum, innocuum: et ostendit ea verba sapientiae plena esse, et se considerate adaptare, ut Aspasiae, et uxori quondam Socrates: et primores veterum esse multinomines exsistimat. . . . .

CAP. XXV.

Quomodo se gerant in conventibus σεμνοκοποι.

V. 13. αναπειδησεως. Decompositum adhuc lexicis ignotum, quod tamen procul dubio est ab απειδησις, hoc autem ab απειδεω *respicio*, quod nescio cur Stephanus, aliique eum sequuti inter inusitata, et anomala recenset, et cur tantopere distinguat ειδω *video* ab ειδεω *scio*, cum pronum sit noscere ab ειδεω contractum fuisse ειδω, quod significat *videre*, tum translate *scire:* scimus enim, quod recte videmus. Hinc sane ειδησις, et απειδησις significant *visionem*, tum vero *scientiam*. Id profecto disces ex his Philodemi verbis, ubi, ni fallor, alius esse non potest της αναπειδησεως significatio, nisi quod Latini dicunt *respectum*, quod maioribus, et dignioribus debetur. Αναπειδησις igitur est agendi ratio sine dignorum hominum respectu.

V. 14. αποκαλυψεως. Vocabulum αποκαλυψις inauditum fuisse priscis profanis scriptoribus auctor fuit D. Hieronymus *Comm. in epist. ad Galatas cap. I.* ubi scripsit: *verbum quoque ipsum αποκαλυψεως, id est revelationis, proprie scripturarum est, et a nullo sapientum saeculi apud Graecos usurpatum.* Hunc sequutus Henricus Stephanus *in Appendice ad Thesaur.* ait usurpatam fuisse hanc vocem a Bibliorum interpretibus, et Novi Testam. scriptoribus. Adeo leve est argumentum, quo saepe abutuntur eruditi, cum dictiones, et phrases vel damnant, vel suspectas habent, propterea quod in vulgatis libris nusquam inveniantur, quasi nos omnia veterum scripta prae manibus habeamus.

V. 27, 28. Φαιδρος, και Λυσιας. Vide Platonem in dialogo, cui titulus Φαιδρος, η περι καλου.

V. 36. πολυωνυμους. In autographo apertissime legitur πολυομενους. Sed quid monstri sit hoc verbum, plane ignoramus. Ideoque refinximus πολυώνυμους, eo argumento ducti, quod heïc Noster eos suggillat, qui μη ψιλως αλλους ὀνομαζουσι, ut vides. Παρακουσμα igitur fuisse censemus illius, qui haec dictata somnolentus excepit, ut alibi monuimus, quique fortasse Romanus, non Graecus fuit.

ΘΕΩΝ
ΜΟΙΠΑΝΤΑΓΑΡΔΕΙΝΟCCΥΙ…Α
ΠΕΡΓΑCΑCΘΑΙΚΑΝCΥΝΕΛΘΙ…
ΤΟΝΚΑΤΑΠΛΗΤΤΟΜΕΝΟΝΕΜ
ΦΑΙΝΕΙΝΤΟΤΕΕΙΔΟCΚΑΙΤΗΝΑΞΙ
ΑΝΚΑΙΤΟΝΛΟΓΟΝΚΑΙΠΡΟCΤΟΥC
CΥΝΚΑΘΗΜΕΝΟΥCΘΑΥΜΑΖΟΝ
ΤΑΚΑΙΠΡΟ…ΚΑΛΟΥΜΕΝΟCΕΙ…ΚΟΙ
ΝΟΛΟΓΙ…Ν…ΟΒΕΙCΘΑΙΚΑΙΤΑΛΑ
ΧΙCΤΑΦΑCΚΕΙΝΑΠΟΡΑΚΑΤΑΦΑΙ
ΝΕCΘΕΑΥΤΩΙΚΑΙΚΑΔΑΓΕΛΑCΑΝ
ΤΟCΟΡΘ…CΜΟΥΚΑΤΑΦΡΟΝΕΙC
ΤΗΛΙΚ…ΥΤΟCΩΝ ΚΑΙΓΑΡΑΥ
ΤΟCΕΜΑΥΤΟΥΚΑΙ…ΕΟCΩΦΕ…ΟΝ
ΕΙΙ…ΑΙΚΑΙΜΗΓΕ…ΝΕΜΑΥ
Τ…ΝΥΠΕΤΑΞΑCΟΙΚΑΝΤΩΝCΥΝ
ΠΑΡΟΝΤΩ…ΔΗΠΟΤΕ…
ΤΟCΕΚ…ΗΛΩCΕΚΕΙΝΟCΕΙΠΗ
ΤΟΙΟΥΤ…ΝΔ…ΑΤΙΛΕΓΕΙCΕΠ…ΦΩ
ΝΕΙΝΤΑ…Ε…ΡΑCΑΝΑΤΕΙΝΑCΩC
…ΑΧΥCΥΝΗΚΑCΑΛΛΟΛΦ…C
ΕΓΩΚΑΙΒΡΑΧΥCΚΑΙΔΥCΑΙCΘΗΤΟC
ΚΑΙΠΡΟCΕΧΕΙΝΜΕΝΔΙΑΛΕΓΟ
ΜΕΝΩΙΚΑΙΕΝΧΑCΚΕΙΝΕ…Υ
ΠΟΚΙΝΑΙ…ΕΙΝΚΑΙΔΙΑΝΕΥΕΙΝ
ΑΛΛ…CΠΟΤΕΔΑΝΑΚΑΚΚΑΖΕΙΝ
ΟΙΟCΔΕΚ…ΠΡΟCΟΥCΕΤΥΧΕΝΟ
ΜΙΛΕΩΝΔΙΑCΑΦΕΙΤΕΜΟΙΤΑCΕ
ΜΑCΑΓΡΑΜΜΑΤΙΑCΚΑΙΤΑCΑΛ
…Α…ΤΟΧΙΑCΥΜΕΙCΩΦΙΛΟΙΚΑΙ
…ΠΕΡΙΟΡΑΤΕΑCΧΗΜΟΝΟΥΝ
…ΚΑΙΟΥΔΙΗΓ…ΛΟΙΤΑC
…ΔΕΙΝΟCCΕΥ…ΤΕΙ…ΙΑCΙΝΑΧΑΙ
…ΚΑΝΑΡΑΔΥΝΑΤΟCΩCΜΙΜΩ
…ΚΑΙΤΙΔΕ…ΑΠΛΕΙΩΛΕΓΕΙΝ
…ΑΝΤ…CΑΙΤ…CΩΚΡΑΤΗΚΑ
…ΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑ…Α…ΛΕ…ΩΝ

COL. XXIII

Genn. Casanova dis. Luigi Corazza inc.

COLUMNA XXIII.

. . . . παντα γαρ δεινος συναπεργασασθαι· καν συνελθη, τον καταπληττομενον εμφαινειν το τε ειδος, και την αξιαν, και τον λογον, και προς τους συνκαθημενους θαυμαζοντα· και προσκαλουμενος εις κοινολογιαν φοβεισθαι, και τα 'λαχιστα φασκειν απορα καταφαινεσθ' ἑαυτῳ, και διαγελασαντος ορθως, μου καταφρονεις, τηλικουτος ων; και γαρ αυτος εμαυτου και Θεος ωφελον ειναι· και μη γεραιον εμαυτον ὑπεταξα σοι. Καν των συμπαροντων τις δηποτε πρωτος εκδηλως εκεινος, ειπῃ, τοιουτον, δια τι λεγεις; επιφωνειν τας χειρας ανατεινας· ὡς ταχυ συνηκας αλλ' αφιεις; εγω και βραχυς, και δυσαισθητος· και προσεχειν μεν διαλεγομενῳ, και εγχασκειν, ειθ' ὑποκιναιτειν, και διανευειν, αλλως ποτε δ' ανακαγχαζειν· Οἱος δε και, προς ους ετυχεν ὁμιλεων, διασαφειτε μοι τας εμας αγραμματιας, και τας αλλας αστοχιας ὑμεις, ω φιλοι, και συμπεριορατε ασχημονουντας· και ου διηγεισθε μοι τας του δεινος ευετηριας, ἱνα χαιρω, ουκ αν αρα δυνατος, ὡς μιμω αυτον. Και τι δει τα πλειω λεγειν, ὡστε αντιασαι τῳ Σωκρατῃ καταμνημονευματα μελετων-

. . . omnia enim ipse sua manu coadiuvare valet: et si in conventum veniat, se perculsum ostendit adspectu, dignitate, sermone, et admirantem eos, qui simul adsident: et cum advocatus sit ad colloquendum, timere simulat, et dicit vel minima sibi videri insolubilia: et cum aliquis iure eum inrideat, ait: *me ne spernis, cum talis sis? Utinam enim ipse mihi Deus essem! nec utique me senem subieci tibi.* Et si quando aliquis praesentium, ille nempe, qui manifeste primus est omnium, interloquatur, hunc audias inclamare, manus extollendo: *cur loqueris? ut cito intellexisti alia omittens? ego et brevis sum, et intellectu difficilis*: et attendere quidem disserenti, et hianti ore defixum esse videas, deinde loco moveri, et innuere, et interdum temere cachinnari. Audet etiam dicere illis, quibuscum forte versatur: *demonstrate mihi vos, amici, meas in litteris imperitias, et alias aberrationes, et simul circumspicite eos, qui indecore vivunt; neque narretis mihi certi cuiusdam hominis prosperitates, ut gaudeam, quoniam is non sum, qui valeam ipsum imitari.* Et quid oportet plura dicere, ut occurramus Socrati memorabilia praecepta meditanti?

ΔΕΥΤ

ΤΗϹΚΑΙΟΥΔΕΝΩΤΗϹΗΕΞΟΥ
ΔΕΝΩΤΗϹ ΚΑ ΕΠΙΤΑΥΤΟΦΕ
ΡΟΝΤΑΙΔΙΑΦΕΙ ΙΤΕϹΑΝΕϹΕΙ
ΚΑΙΕΠΙΤΑϹΕΙ ΑΒΟΛΗϹΤΟΥ
ΠΛΗϹΙΟΝ ΟΜΕΝΓΑΡΕΞΕΥΤΕ
ΛΙϹΤΗϹΑΠΟΛ ΙΤΙΝΑΦΑΥΛΟ
ΤΕΡΟΝΔΗΔΟΚΕΙΠΑΡΙϹΤΗϹΙΝΟ
ΔΕΞΟΥΔΕΝ ΤΗϹΙϹΟΝΤΩΙΜΗ
ΔΕΝΙΛ ΠΟΝΕϹΤΙΝΜΕΝΟΤΕΤΟΙ
ΟΥΤΟΙΤΙΝΕϹΕΙϹΙΝΥΠΕΡΟΧΗΝ
ΕΜΦΑΙΝΟΝΤΕϹΙΔΙΑΝ ΗΤΩΝ
Ο ϹΑΠΟϹΕΜΝΥΝΟΥϹΙΝ ΕϹΤΙΝ
ΔΟΤΕΚΑΤΑΤΡΕΧΟΝΤΕϹΜΟΝΟΝ
ΕΝ ϹΙΝ ΩϹΤΕΤΟΥϹΠΡΟΤΕΡΟΥϹ
ΚΑΙΥΠΕΡΗΦΑΝΟΥϹΕΙΝΑΙΔΙΟ
ΚΑΙΔΗ ΤΙΦΗϹ ΕΠΑΚΟ
ΛΟΥΘΕΝΑΥΤΟΙϹΤΑ ΚΕΙΝΗΝ
ΑΤΟΠΑΚΑΙΠΕΡΙΤΤΟΤΕΡΟΝΤ
ΤΗΙΔΙΑΒΛΗΤΙΚ ΚΑΙΒΑϹΚΑΝ
ΤΙΚΗΙΚΑΙΦ Η ΚΗΙ ΚΑΙ
ΤΟΝΥΠΟΜΝΗΜΑ ΝΔΕ
ΤΟΥΤΟΝΑΥΤΟΥΚΑΤΑΠΑΥϹΟΜΕΝ
ΕΠΙϹΥΝΑΨΟΜΕΝΔΑΥΤΩΙΤΟΝ
ΠΕΡΙΤΩΝΑΛΛΩΝΚΑΚΙΩΝΩΝ
ΔΟΚΙΜΑΖΟΜΕΝΠΟΙ ϹΘΑΙ
ΛΟΓΟΝ

COL. XXIV

Genn. Casanova dis. Luigi Corazza inc.

COLUMNA XXIV.

Ο' δ' Ευτελιστης, η Εξευτελιστης, και Ουδενωτης, η Εξουδενωτης και επι ταυτο Φερονται, διαΦεροντες ανεσει, και επιτασει καταβολης του πλησιον. Ο' μεν γαρ Εξευτελιστης απολειπει τινα, Φαυλοτερον δε δοκειν παριστησιν, ὁ δ' Εξουδενωτης ισον τῳ μηδενι λοιπων. Εστιν μεν ὁτε τοιουτοι τινες εισιν ὑπεροχην εμΦαινοντες ιδιαν, η των, οὓς αποσεμνυνουσιν· εστιν δ' ὁτε κατατρεχοντες μονον ενεισιν· ὡστε τους προτερους και ὑπερηΦανους ειναι. Διο και δηλον, ὁτι Φησεια, επακολουθεειν αυτοις τα δι' εκεινην ατοπα, και περιττοτερον τι τη διαβλητικη, και βασκαντικη, και Φθονητικη. Και τον ὑπομνηματικον δε τουτον αυτου καταπαυσομεν· επισυναψομεν δ' αυτῳ τον περι των αλλων κακιων, ὡν δοκιμαζομεν ποιησεσθαι λογον.

¶ *Superbis denique sunt etiam adcensendi omnes*, qui parvi alios faciunt, et qui nihili faciunt, eodem enim tendunt, differentes tantum in minori, vel maiori proximi detractione. Qui enim parvi alium facit, aliquid ei relinquit, et quod vitiosius sibi videtur, in medium id profert; sed is, qui nihili facit, aeque nemini aliquid relinquit. Interdum enim tales isti sunt, ut propriam ostentent excellentiam, vel eorum, quos magnificant; interdum vero ut alios tantum insectentur; ita ut primi superbia etiam laborent. Propterea patet, cur dixerim ipsos propter illam *superbiam* in absurda incidere, et in aliquid amplius propter calumniam, obtrectationem, et invidiam.

CAP. XXVI. An ευτελισται, et ουδενωται inter superbos sint adcensendi.

Atque heic finem huius memorialis libelli faciemus: huic porro alium de aliis vitiis subnectemus, de quibus sermonem faciendum esse putamus.

V. 20. διαβλητικη, βασκαντικη, και φθονητικη. Licet horum adiectivorum nullum in vulgatis lexicis exemplum habeamus, nulli tamen dubium esse potest, quin Graeci idiomatis analogiae optime respondeant, ut μουσικη, γραμματικη cet. quibus subauditur τεχνη: hisce autem subaudienda, ut puto, διαθεσις, h. e. animi adfectio. Huiusmodi enim superbi contemtores ex Philodemi mente propter malignam animi διαθεσιν calumniam, obtrectationem, et invidiam quasi artem profitentur.

INDEX

Capitum, in quae partiri Philodemi textum commode potuimus

Litterae P. P. indicant Papyrum Primam, *P. S.* Papyrum Secundam, *C.* Caput, *P.* Paginam.

P. P.

P. S.

INDEX II.

Graecarum vocum vel animadversione digniorum, vel mendo aliquo laborantium.

Litterae Pap. P. indicant *Papyrum Primam*, Pap. S. *Papyrum Secundam*, C. *Columnam*, Pr. *Praefationem*, Adn. *Adnotationes*, p. *paginam*, v. *versum*.

INDEX III.

Scriptorum, aliorumque, quorum meminit in hoc Volumine Philodemus.

Litterae Pap. P. indicant *Papyrum Primam*, Pap. S. *Papyrum Secundam*, C. *Columnam*, Adn. *Adnotationes*, Pr. *Praefationem*, p. *paginam*, v. *versum*.

INDEX IV.

Auctorum, qui in hoc Volumine citantur, adlegantur, inlustrantur laudantur, conriguntur, notantur.

Litterae Pap. P. indicant *Papyrum Primam*, Pap. S. *Papyrum Secundam*, C. *Columnam*, Pr. *Praefationem*, Adn. *Adnotationes*, p. *paginam*, v. *versum*.

INDEX V.

Rerum notabilium, quae vel in Textu, vel in Praefatione, et Adnotationibus occurrunt.

Litterae Pap. P. indicant *Papyrum Primam*, Pap. S. *Papyrum Secundam*, C. *Columnam*, Pr. *Praefationem*, Adn. *Adnotationes*, p. *paginam*, v. *versum*.

Pap. P.

Pag.		v.	ERRATA.	CORRIGE.
Pag. VII.	*Praefat.*	*v.* 23	purum purum	purum putum
VIII.		48	Οικος μεν	Οικον μεν
XI.		*ult.*	Απομνημῶατων	Απομνημονευματων
XV.		34	rethorem	rhetorem
XVI.		6	Νουθητηθεις ὑπο των φιτων μετονοησε	Νουθετηθεις ὑπο των φιλων μετενοησε
ibid.		26	domum	demum
ibid.		45	cavillantes	cavillantibus
XVII.		31	prestantissimis	praestantissimis
XVIII.		5	Hermarcus	Hermarchus
ibid.		36	Mitilenensis	Mitylenensis
XX.		29	coronodis	coronidis
4		2	χρεσιμοι	χρησιμοι
7		10	μηχανομενους	μηχανωμενους
12		6	διωμεθα	δυνωμεθα
19		16	εξομερευειν	εξομηρευειν
20		10	εξομερευειν	εξομηρευειν
33		46	εφισθαναι	εξισθαναι
35		35	*talia noscat*	*talia ignoret*
43		24	Atheniensis	Athenienses
47		32	εναναχγαζεται	εναναγκαζεται
50		2	Choriphaeus	Coryphaeus
Ibid.		10	Epicharmos	Epicharmus
51		20	ετιτροπων	επιτροπων
53		3	αποκειμενον	αποκειμενου
ibid.		35	δεισται	δεισθαι

Pap. S.

Pag.		v.	ERRATA.	CORRIGE.
Pag. I.	*Praefat.*	*v.* 30	αυθαδας	αυθαδεις
VIII.		44	λεξεσι	aliis λεξεσι
16		4	somniolento	somnolento
20		17	*non caelo*	*nox caelo*
26		19	κεχρημενων	κεχρημενον
ibid.		24	παρεκλινε	ανηνεγκε
32		1	Xersem	Xerxem
ibid.		5	επιθετο Ξερσης	επυθετο Ξερξης